







# Friderici Arnoldi Icones nervorum capitidis

<https://hdl.handle.net/1874/283041>









fec

FRIDERICI ARNOLDI



ICONES

NERVORUM CAPITIS

---

EDITIO ALTERA ATQUE EMENDATOR.


---

HEIDELBERGAE.

SUMTIBUS J. C. B. MOHRII.

MDCCCLX.





## PRAEFATIO EDITIONIS PRIMAE.

Nonnulla nervorum cerebri paria iconibus egregie sunt expressa, omnium autem nervorum capitis imaginibus ad naturam et ad veritatem pictis, certo ordine inter se conjunctis adhuc caremus, quamquam hodierna anatomie conditio eas maxime poseat. Quare equidem, quum septem abhinc annos capitii partes, in primis nervos accurata perscrutatione ac meditatione tractaverim, pro juvanda nervorum capitii cognitione has tabulas edere institui.

Delineationes, quas publice hic exhibeo, omnino praeparationibus meis respondent. Justa et vera ratio situs ac dimensionum in singulis nervis delineandis ubique a me observata est, quo sit, ut nonnunquam diversa ejusdem partis conditio, si singulas figurae compares, cognoscatur, quae res iis cum animo bene repulanda est, qui his tabulis sint usuri vel easdem dijudicare velint.

Summa religione affirmare possum, nulla sila in iconibus pro nervis recepta esse, quorum natura dubitationis ansam praebucrit. Illas partes, quas primus observavi, nerveas esse tempore edocebimus, etiam si anatomici quidam hodierno die observationibus meis diffidant aut de iis disceptent. Quum adhuc passim dubitetur, an res ante non cognitae, — ut ganglion oticum, ramus auricularis nervi vagi, nervus recurrens primi rami quinti paris, nervus petrosus superficialis minor, intumescentia ganglioformis nervi facialis, conjunctio nervi facialis cum auditorio externa —, vere sint in rerum natura et quum nonnulli anatomici ganglion illud pro glandula habeant, quamquam dissector subtilis, cautione adhibita, facile illos nervos reprehendere possit, et multi anatomie cultores hanc partem ganglion esse publice testati sint, suspicari licet, eas causas, quas scientia abhorreat, res controversas effecisse. Hae tamen me non movent, quia persuasum mihi est, illas tantum observationes de nervis scripto a me traditas esse, quas e multis investigationibus, re bene perpensa, veras cognovi. Facile credo, me in rebus nonnullis levioribus errore ductum esse, at in illis majoris momenti non sum lapsus; etenim iterum iterumque naturam interroganti magis in dies mihi constat, a me visa non esse falsa. Inquisitiones meas de capitii nervis in una tantum re imperfectas reprehendi, alterum enim nervum musculi tensoris tympani e nervo pterygoideo orientem antea non observaveram.

Omnis compilatores oro atque rogo, ne tangant has tabulas. Secum reputent isti, scientiae gravissimum detrimentum expilationibus inferri, quae his diebus nefario atque indigno modo committuntur; etenim hac re non solum tabularum editio difficultior redditur, sed etiam icones ad alias expressae corruptae plerumque et multis vitiis auctae traduntur, quo magnum damnum rei anatomicae oriatur. Qui utinam sanctum habeant si non jus aliorum, at scientiae commodum.

Maximas gratias illi viro persolvo, qui bene versatus in delineandis rebus anatomicis indefesso studio figurae ad naturam probe descripsit, deinde delineationes ac sculpturas in lapide fecit. Franciscum dico Wagnerum, qui praeclarus artifex summam opem in edendis his figuris dexteritate ac diligentia sua mihi tulit. Etiam de Christiano Thiese, qui tabulas excludendas perite atque accurate tractavit, grata mentio facienda mihi est.

Scripsi Heidelbergae nonis Januarii 1834.

## PRAEFATIO EDITIONIS SECUNDÆ.

Hujus operis exemplaria quum ante hos decem et quod supra est annos jamjam essent omnia divendita idque a multis exin magis atque magis desideraretur, tandem ad hancce alteram editionem secundis curis adornandam manum admovere constitui. Huic tamen editioni quum eas, quas prior exhibet, figuræ tamquam mutuas dare noluisse, id potissimum mihi cordi habebam, ut artificem mihi ingenii non minus quam artis suae laudibus conspicuum conciliarem, qui tabulas ad naturam depingere depictaque saxo incidere calleret. Posteaquam in artifice hic illuc explorando multum temporis atque opera perdidi; anno 1851 demum in Maximilianum Wieserum artificem incidi, qui ex ea, quam in rebus et anatomicis et medicis depingendis mihi ostenderat, arte fingendis etiam hujus operis iconibus non impar videbatur. Sex tabulas, primam ultimamque hujus operis triadas nonnisi magna cum mea laude ad finem perduxerat, sive nativam figurarum veritatem respexeris, sive artificiosam ipsius dexteritatem; dum vero in septima, quam hoc opus sextam exhibet, tabula occupatus erat condenda, maximo cum meo dolore morbo extiali correptus est. Hinc factum est, ut tamdiu hoc opus haeresceret; nam in artifice vel compluribus locis quaerendo quamquam indeffus eram, nullum tamen invenire potui, qui ad eas, quac tunc desiderabantur, figuræ ad naturæ veritatem pingendas saxo que incidentas idoneum atque paratum esse praebuisset. Hoc demum anno ineunte Fridericum Volkium Heidelbergensem, artificem juvenem cognovi, qui laudabile artis suae studium cum naturæ dotibus conjungit. Hic se ipse ad tabulas, quae deerant, ad instar exactarum delineandas delineatasque saxo incidentas paratum dixit.

Utriusque editionis figuræ qui inter sese compararit, eas, quas haec editio exhibet, figuræ, si unam tabulam exceperit septimam, delineatas inveniet ex aliis, quam quae priori inserviebant præparatis, quemadmodum dicunt, anatomicis. In præparatis adornandis pariter atque in describendis figuris plane eandem, quam in editione priori, viam rationemque institimus. Haec autem via ratioque nulla alia fuit quam topographica, in qua tamen adhibenda systematicam quoque nervorum partitionem nunquam non respiciebamus. — Prima tabularum trias nervos ostendit, qui in cerebri basi neenon in ima cranii parte — et quidem quod ad hos attinet — compluribus digesti ordinibus reperiuntur. Tabulae quartæ figuræ capitis nervos hoc modo in conspectu ponunt, quemadmodum inter præparationem anatomicam in capitibus ad perpendicularm bipartitis intrinsecus cognoscuntur. Tabulae quinque postremæ capitis nervos in ordinibus quinque dispositos extrinsecus ante oculos ponunt, et quidem ita, ut nona tabula summum ostendat ordinem, imum vero quinta. — Verum tamen systematica nervorum descriptio ut ne topographica, quae singulos nervos pro suo quemque situ atque sede excipit describitque, ratione perturbaretur, in figuris pingendis id potissimum observari debebat, qua ratione singuli quique nervi sese dispanderent atque singulos in ramos diffunderent nec non quonam vinculo inter sese cohaerent. Omnino necessaria haec res mihi videbatur, si eos respiciebam, qui difficilem hanc et cum temporis dispendio conjunctam capitis nervorum præparationem ipsimet instituere nequeunt et nihilominus plenam accuratamque horum nervorum, qualis sit ipsorum decursus, qualis situs, cognitionem sibi acquirere nituntur. Propter hanc itaque causam simulque ut chirurgi quoque consilio atque commodis hae tabulae inservire possent, in figuris depingendis præter nervos et musculos, capitis atque colli arteriarum venarumque, glandularum, stratorum cranii ossium, cerebri ejusque membranarum nec non sensuum organorum ratio quanta maxima habebatur, ita ut meo quidem judicio hae tabulae non solum ad capitis nervos probe cognoscendas multum conferant, verum in rebus etiam ad artem chirurgico-anatomicam pertinentibus haud sine magna utilitate adhiberi possint.

Quod ad præparata, quae picturis describendis inserviebant, pertinet elaboranda, in capitis nervis eorumque decursu cum ea denuo versabar subtilitate religioneque, quae maxima esse poterat. Praeter culillum et volsellam, praeter caclum et malleolum continuo microscopium simplex et compositum in promptu habebam, quorum ope adjutus in rebus dubio obnoxii me certiore redderem, utrum in tractandis nervorum generibus versarer nec ne. — Id solum et temporis et operæ, quae in cerebri nervis denuo perscrutandis consumpsi, ut unicum ita laetissimum sero præmium, quod adeo mihi fortuna savit, ut duos nervos, alterum secundi rami nervi trigemini, alterum nervi vagi, qui uterque antea me latebat, reperirem. Vide sis quae hac de re ad tertiam quartamque tabulam annotavi. Hi nervi illis respondent, quos ante in primo et tertio ramo quinti paris detexi.

Quodsi candorem, munditiem, distinctionem harum imaginum lithographicarum respexeris, eas prioris editionis picturis longe præstantiores invenies. Hanc ipsam præstantiam G. Kuestnero Stuttgartiensi debo, lithographo optime de arte sua promerito; idem ille artifex clarissimus in sua officina hasce tabulas excudendas ipsem curavit.

Scripsi Heidelbergæ mens. Sept. 1859.

Fr. Arnold.

## PROLEGOMENA.

In capite nervi diffunduntur numero haud pauci, qui vario sunt genere atque origine. Quo magis variae rationes inter aliquam corporis parlem et animam intercedunt, eo compluria, ut in universum loquar, ejus nervorum paria sunt; quo gravioris momenti aliquod organon est, eo magis diversam originem et naturam ejus nervi produnt.

Multa eaque varia organa capitis propria sunt; inter quae organa vitae animali inservientia iis praevalent, quae vitam vegetabilem sustentant. Caput tum sedes est communis sensorii sensuumque organorum, tum eorum tamquam instrumentorum, quorum ope aer alimentaque corpori adducuntur. In capite majore sunt numero ea nervorum genera, quae systemati cerebrospinali attribuuntur. Contrarium est, quod ad trunci viscera pertinet, in quibus nervi sympathicorum nervorum systemati peculiares cerebrospinalis systematis nervis majore numero deprehenduntur.

Capitis nervi maximam partem a cerebri nervis, deinde a superioribus cervicis nervis, tertium denique a ganglio cervicali summo et thoracico summo originem ducunt.

Nervi cerebrales in anteriore cranii parte et in facie, in organis his ambabus circumseptis periphericis (oculis, naribus, ore, auribus) nec non in systemate pneumogastrico (pharynge, larynge, oesophago, trachea, pulmonibus, ventriculo, jecinore) et in corde diffunduntur; ramos suos surculosque partim ad quatuor peculiaria sensuum organa nec non in cutem et membranas mucosas earum, quas indicavi, partim, partim in oculorum, aurium, faciei, maxillae inferioris, oris cavitalis, laryngis, pharyngis aliorumque musculos dimitunt.

Quatuor superiores cervicis nervi in occipite, cervice et colli superficie distribuuntur. Occipitis, cervicis, colli cutibus nec non cervicis musculis et profundis colli musculis suos sibi nervos suppeditant.

Nervi, qui ex summo cervicis ganglio progrediuntur, ad exterioris carotidis interiorisque ramos pertinent atque practerea multifariam cum majore nervorum cerebralium parte et cum superioribus cervicis nervis consociantur; nervi, qui ex summo pectoris ganglio escendent, arteriam vertebralem ejusque ramos usque in cranii cavum ex parte comitantur. Itaque surculi nervorum sympathicorum systematis partim inde a capitis collique vasis usque ad organa, quae hi procurant, diffunduntur, partim cum cerebralibus et superioribus cervicis nervis fibrarum commutationem efficiunt.

Cerebri et cervicis nervorum distributionis terminus duabus lineis significari potest, quarum altera inde a vertice ad porum acusticum externum indeque ad finem ossis hyoidei posteriorem dicitur (linea auriculo-verticalis), altera vero ad eandem, quam os hyoideum habet, et altitudinem et decursum scribitur (linea hyoidea). Eae capitinis superficie partes, quae ad partem anticam versus inde ab auriculo-verticali linea et ad partem supernam versus ab hyoidea linea sitae sunt, quinto septimoque cerebri nervorum paribus, illae contra, quae ad partem posticam versus inde ab auriculo-verticali linea et ad partem infernam versus inde ab hyoidea linea inveniuntur, superioribus cervicis nervis subornantur. Hanc legem normamque pauci solummodo nervorum rami migrant, posterior exempli gratia nervi facialis ramus auricularis et magni nervi auricularis ramus facialis. — Interiora tamen colli organa, larynx, pharynx, trachea, oesophagus una cum musculis, qui super his siti sunt, quosque ego colli musculos viscerales significatos volo, non cervicis nervis, sed postremis cerebri nervis subornantur.

Inter nervorum cerebralium cervicaliumque et parlis cephalicae nervi sympathici distributionem termini non inveniuntur, quum nervi sympathici fila cum vasis quoquo versus diffunduntur nec non cum plurimis cerebri nervis et cum omnibus cervicis nervis conjuncta sint.

Nervi cerebrales cervicalesque communis sensorii contextum cum exterioribus capitinis collique partibus, cum pneumogastrico systemate et corde constituant. Affectus, qui sensuum organis excitantur una cum iis, qui in pneumogastrico systemate locantur, nervis cerebralibus animae adducuntur. Ex altera parte organi cerebrospinalis commotiones ad musculos pervenient horumque ope motus efficiuntur.

Inde a S. Th. Soemmerringü temporibus Germanorum viri anatomæ periti duodecim nervorum cerebralium paria enumeraunt, quorum nomina, si a primo pare exorsus ad ultimum gradatim progressus fueris, haecce sunt: Nervus olfactorius, opticus, oculomotorius, trochlearis, trigeminus, abducens, facialis, acusticus, glossopharyngeus, pneumogastricus, accessorius, hypoglossus.

Ante Soemmerringium novem solummodo cerebri nervorum paria dinumerabant: octavum nempe cum septimo pare pro uno septimo, undecimum, decimum, nonum paria pro uno octavo, duodecimum denique pro nono cerebri nervorum pare habebantur. Hanc dinumerationem in plurimis extra Germaniam sitis regionibus hodie magis minusque usitata deprehendes.

*Cerebri nervi*, quodsi rationes respexeris anatomicas, in classes distribui possunt duas: quarum altera sublimiores nervos sensuales: olfactorium, opticum, acusticum; altera nervos cranii vertebrales: paria quae tertium interque septimum nec non quae inter nonum et duodecimum interposita sunt, complectitur. Hujus utriusque classis nervi compluribus rebus iisque non levis momenti inter sese differunt.

Sublimiores nervi sensuales: olfactorius, opticus, acusticus, quos „*idiotropicos*“ nervos sensuales significare volumus, a nervis medullae spinalis, quod ad ipsorum structuram, originem, decursum, genesin attinet, adeo differunt, ut cum illis comparari nequeant itaque tamquam proprii nervi peculiaresque a ceteris systematis cerebrospinalis nervis disjungantur necesse sit. Constant primum ex fibris, quae sicuti cerebrospinalis organi fibrae facile aspectum nodosum praebent. Deinde cum cerebri massa hac ratione cohaerent, ut excursiones vel processus certarum encephali partium haberit possint. Tertium totam inter viam, quam inde ab origine ad interiores sui quisque organi sensualis partes emetuntur, ne unum quidem surculum dimitunt, etiam si cum aliis nervis, quod in nervo acustico fieri assolet, consocientur. Quartum denique excrescens medullaribus cerebri cellulis in foetu prodeunt, qua de causa initio canalem includunt, quod in alio nullo cerebri nervo aut nervo medullae spinalis fieri solet.

Reliqui nervi cerebrales tum si rationem, quae eos interque cranii vertebrales intercedit, tum si ipsorum structuram discessumque in cutem et musculos respexeris, nervorum spinalium similitudinem affectant; idcirco eos cerebri *nervos vertebrales* significamus. Huc pertinent paria, quae inter tertium et septimum nec non inter nonum et duodecimum interposita sunt.

Nervi cerebri vertebrales pari modo, quo nervi medullae spinalis, aut cutanei aut muscularum nervi sunt. Utrique, quod ad ipsorum originem attinet, non minus, quam nervi medullae spinalis cutanei et muscularares distincti separati sunt. Nimirum nervi cutanei et nervi muscularum aut separatae nervorum stirpes aut peculiaribus exstructi radicibus ex certis quibusdam cerebri partibus exoriuntur. A nervis spinalibus hac una re differunt eaque leviori, quod ex medulla cerebralib[us] non tam accurate una cum duobus radicum ordinibus proficiuntur, quam anteriores posterioresque nervorum spinalium radices, quae munere diverso funguntur, ex medulla spinali progrediuntur, nam muscularum nervi nec non cutanei nervi cerebrales ex parte quidem juxta sese positi sunt aut in uno eodemque ordine evadunt. Nullus dubito quin hujus rei causam hac in re positam cernas, quod medullae spinalis funiculi in medulla oblongata diversas in partes discedunt eorumque fibrae magnam partem alterae alteris decussantur miscenturque.

Deinde omnes cerebri nervi, qui ad exteriorem cutem et ad membranarum mucosarum complexiones decurrent, quemadmodum nervorum spinalium radices posteriores vel cutaneae, ganglion exhibent, cuius conformandi muscularum nervi non minus expertes sunt, quam anteriores nervorum spinalium radices gangliorum posteriorum radicum spinalium conformandorum. Qua commotus causa eisdem haec ganglia nervorum cerebralium „*ganglia vertebralia*“ denominata voluerim: hue pertinent cerebralis quinti, septimi, noni, decimi nervi ganglia.

Tum nervi cerebri vertebrales per foramina intervertebralia vel accessoria cranii ostia vertebralia penetrant. Tertium, quartum, sextum paria nec non primus quinti paris ramus per anterius cranii foramen vertebrale, per superiorem fissuram orbitalem, secundus atque tertius quinti paris ramus per ejusdem ostia accessoria, per rotundum foramen ovaleque, transeunt. Nonum, decimum, undecimum paria posterius foramen intervertebrale, foramen lacerum, percurrunt; per accessorium ejus ostium, anteriorem canalem condyloideum, par duodecimum penetrat. Par duntaxat septimum ab hac norma discedit, quippe quod cum nervo acustico per interiorem meatum acusticum et per Fallopicum, qui dicitur, canalem decurrat.

Novem hue pertinentes cerebri nervi cavitatem cranii egressi singuli ad singulos, ut in universum loquar, rationem huic, quae inter singulos nervos spinales intercedit, consimilem exhibit. Quemadmodum enim in his foramina intervertebralia egressis anteriores radices posterioresque communibus in vaginis congregantur congregatique nervos efficiunt mixtos, et sicuti nervi aliquis corporis partis proprii inter decursum alteri cum alteris vel simplicem in modum conjunguntur vel ad plexum instar singuli singulis intertexuntur atque cum nervo sympathico conjunctiones ineunt; ita nervi quoque cerebrales per cranii foramina aut progradientes aut ea egressi ex parte nervos formant mixtos, inter decursum sese et invicem et cum superioribus cervicis nervis consociant et partim quidem cum nervo sympathico cohaerent.

Cerebri nervi vertebrales in universum sic distribuuntur, ut paria inter tertium septimumque interposita in facie ante auriculō-verticalem lineam et super hyoidca linea nec non in organis facie circumclusis, in oculorum, narum, oris cavitate, in fovea temporali et in anteriore auris externae parte discedant, paria vero inter nonum et duodecimum interposita in pneumogastrico systemate: in pharynge, in oesophago, in ventriculo, in jecore, in larynge, in trachea, in pulmonibus, ac praeterea in corde dispergiantur. In lingua solummodo, quod organon gustando, mandendo, deglutiendo, loquendo inservit, et in aure, quae nervos illos interque hos media interposita est, utrorumque fila diffunduntur.

Cerebri nervi vertebrales, quodsi rationem, quae hos interque cranium nec non ipsorum discessum in ea, quae dixi, organa intercedit, respexeris, ad ordines revocari possunt duos, qui nervo acustico disjunguntur; anterior ordo nervos quinque;

paria inter tertium septimumque interposita; posterior nervos quatuor: paria inter nonum et duodecimum interposita complectitur. Illi anteriorem cerebri nervum vertebralem, hi posteriorem formant.

Novem cerebri nervis huc pertinentibus munus, quod si in universum solummodo respexeris, suum cuique ita evenit, ut tertium, quartum, sextum paria, tres oculi muscularum nervi, eorum, qui in orbita siti sunt, muscularum contractiones hisque pupillae motus nec non superioris levationem palpebrae efficiant. — Par quintum cutem faciei ante auriculo-verticalem lineam et super hyoidea linea, sicuti oculi membranam mucosam nec non narium orisque cavitatis membranas pituitarias usque ad isthmum faucium majore portione procurat, minore musculos mandendi nec non palati mollis tympanique tensores subornat. — Par septimum faciei, calvariae, auriculae muscularis peculiare est. — Par nonum linguae radici, pharyngi; par decimum pharyngi, oesophago, ventriculo, laryngi, tracheae, pulmonibus, cordi attributa sunt. — Par undecimum vocis muscularum et inspirationis aliquot colli muscularum contractiones efficit. — Par duodecimum linguac et plurimorum ossis hyoidei muscularum motus excitat.

Ut igitur ea, quae hactenus de cerebri nervis in universum disputavimus, una tamquam comprehensione complectamus, res, quae in his nervis probe cognoscendis gravissimi sunt momenti, in quibusque tamquam in cardine omnis ipsorum cognitione vertitur, hae fere sunt respiciendae:

I. Tres sensus sublimiores: organon olfactus, visus, auditus nervos excipiunt „idiotropicos“: nervum olfactorium, opticum, auditorium, primum, secundum, octavum paria, quae propter structuram, genesin nec non omnem omnino ipsorum rationem ad unam classem eandemque referuntur.

II. Reliqui nervi cerebrales, qui rationem nervis spinalibus consimilem exhibent et ad horum speciem normamque compositi sunt, vertebrales cerebri nervi denominari possunt. Hi autem sunt tres orbitae muscularum nervi, nervus trigeminus, nervus facialis; deinde nervus glossopharyngeus, nervus pneumogastricus, nervus accessorius, nervus hypoglossus.

III. Novem hi nervi in ordines distribuuntur duos: nervum vertebralem et anteriem et posteriorem. Ad illum pertinent paria tertium interque septimum, ad hunc paria inter nonum et duodecimum interposita. Anterior ex singulis quinque stirpibus nervisve constat, ex qualuor posterior. Haec nervi vertebralis et anterioris et posterioris complures in stirpes distributione in subtiliore cerebri compositione, in majori varietate, quam capitidis partes cum truncis et membrorum partibus comparatae exhibent nec non in sublimiore cranii formatione posita est.

IV. Et anterior et posterior nervus vertebralis ex muscularum nervis et cutaneis nervis constat. Plurimi muscularum nervi, originem si respexeris, meri existunt; non item nervi cutanei, quos omnes jam intra cranii cavitatem muscularum nervis intermixtos deprehendis. Hac de causa meri muscularum nervi et nervi mixti dignosci possunt. In horum numero quintum, nonum, decimum cum undecimo pare, in illorum tertium, quartum, sextum, duodecimum paria recensenda sunt. Par septimum a plerisque scrutatoribus ad meros muscularum nervos, a singulis quibusdam ad mixtos revocatur.

V. Nervi muscularum meri ganglia non habent, mixti vero in radice cutanea ganglia exhibent, qui, quum gangliis spinalibus similes sint, ganglia vertebralia appellari queunt. Hi autem sunt portionis majoris quinti paris ganglion semilunare, noni et decimi paris ganglia jugularia et — quod dubium non est — septimi nervi cerebralis ganglion geniculum.

VI. Nervi vertebrales cranii cavitate egredientes per foramina intervertebralia eorumque accessoria ostia vertebralia profiscuntur. Per anterius foramen intervertebrale, fissuram orbitalem superiorem, cerebri nervus tertius, quartus, sextus nec non primus quinti ramus, per accessoria hujus fissurae ostia, rotundum foramen ovaleque, quinti nervi ramus secundus tertiusque progreditur. Per posterius foramen intervertebrale, foramen lacerum, cerebri nervus nonus, decimus, undecimus, per accessorium hujus foraminis ostium, canalem condyloideum anteriem, nervus duodecimus percurrit. Unus nervus cerebri septimus hac regulâ excipitur, qui initio per interiore meatum auditorium nervo comitatus acustico, deinde per viam peculiarem, quae canalis Fallopicus appellatur, ad foramen stylomastoideum decurrit.

VII. Cerebri nervi vertebrales hoc modo in universum distribuuntur:

Par tertium, quartum, sextum orbitae muscularum et quidem tertium par muscularum ejus omnes, si unos superiore obliquum et exteriorem reclum muscularum exceperis, surculis procurat et insuper radicem motoriam ad ophthalmicum ganglion dimittit; quartum par ramos ad oculi superiore muscularum obliquum, sextum par ad oculi exteriorem muscularum rectum ramos alegat.

Major quinti paris portio in faciei cute ante auriculo-verticalem lineam et super hyoidea linea, sicuti in oculi membrana mucosa, in narium orisque cavis hac ratione discedit, ut, si anteriorem capitidis partem duabus lineis libratis, quarum altera per rimam palpebrarum, altera per oris fissuram scribitur, in regiones dissecueris tres, summa super palpebrarum fissuris sita regio primo ramo, regio inter palpebrarum orisque fissuras media secundo ramo, regio infra oris fissuram sita tertio ramo procuretur. Exstant sane aliquot hujus legis exceptiones, quarum causam in faciei genesi positam cernimus.

Minor quinti paris portio mandendi muscularum, muscularum temporalem, maseterium, pterygoideum internum et externum, mylohyoideum et anteriorem muscularum digastrici ventrem procurat et ad mollis palati et tympani tensores surculos dimitit.

Par septimum imprimis ad faciei et calvariae musculos nec non ad auriculae musculos pertinet et insuper veli palatini levatori, stapedio musculo, linguae et glandulae maxillari, musculo stylohyoideo et posteriori musculi digastrici ventri surculos impertit.

Par nonum linguae radicis, pharyngis et auris mediae membranas mucosas procurat nec non ad levatorem et superiorem pharyngis constrictorem surculos dimitit.

Par decimum in pneumogastrico systemate, in pharynge, in oesophago, in ventriculo, in larynge, in trachea, in pulmonibus in ramos diffunditur et praeterea ad aurem externam, ad cor, ad jecur nervos ablegit.

Par undecimum vocis organi et aliquot faucium musculis, musculo sternocleidomastoideo et cucullari surculos suppeditat.

Par duodecimum ad omnes, musculo digastrico, stylohyoideo, mylohyoideo excepto, linguae musculos et ad plurimos ossis hyoidei musculos nervos dimitit.

Ad tres quinti paris ramos quatuor ganglia accedunt, quae ego propter ipsorum situm et rationem, quae inter ea et peculiares quatuor capitis sensus intercedit, *organorum sensualium ganglia* denominata voluerim; sunt autem haecce: ganglion ophthalmicum in primo quinti paris ramo, ganglion nasale in secundo, oticum et linguale ganglia in tertio ejusdem paris ramo sita. — Horum gangliorum unumquodque radiecs accipit tres: motoriam sensitivamque nervus cerebralis, sympatheticam nervus sympatheticus suppeditat. Nervi his gangliis exorientes partim ad organa contractilia, quae sunt iris, levator veli palatini, tympani tensor, ductus, qui Whartonicus appellatur, partim ad nervos sensitivos, quibuscum consociantur, nec non ad confinia vasa sanguifera discedunt.

Quemadmodum omnes nervi spinales, ita quoque quatuor *cervicis nervi superiores* in ramos dividuntur posteriores et anteriores. Rami posteriores cervicis musculos, cervicis et occipitis cutes ad verticem usque procurant; anteriores ad profundos et laterales colli musculos, in diaphragma nec non in colli cutem surculos dimitunt. Colli organis horumque musculis, quos posteriores cerebri nervi procurant, nullos nervos direcle impertunt. Illis nervis partim caput in columna vertebrali circumagi et spiritus, qui diaphragmatis et muscularum scalenorum ope fiunt, duci possunt; partim iisdem efficitur, ut occipitis, auriculae, cervicis partis superioris nec non colli cutis inde ab hyoidea linea ad acromium et mammalem regionem usque sensu moveantur.

*Nervi sympathici fila*, quae in capitis organis dispenduntur, partim et quidem bona ex parte a summo cervicali ganglio, partim a summo pectoris ganglio excurrunt. Crebri illi, quos summum cervicis ganglion exhibet, nervi primum consociantur cum superioribus cervicis nervis nec non cum plerisque cerebri nervis; deinde nervi vasculares ad exteriorem interioremq[ue] carotides decurrunt earumque ramos comitantur et una cum iis ad varia capitis organa pervenient; tum conjunctiones cum vertebralibus cervicis capitisque gangliis nec non cum sensuum organorum gangliis constituant. — Ex summo thoracico ganglio ad vertebralem arteriam fila excurrunt et super hac vertebralem nervi sympathici viam efficiunt, quae cum arteriae vertebralis ramis ad medullam oblongatam, ad cerebellum, ad posteriores cerebri lobos extenduntur. Subtiles et reticulatae distributiones, quas nervi sympathici via carotica exhibet, non solum ad arteriam ophthalmicam, sed cum interioris carotidis ramis ad lobos cerebri anteriores, inferiores, superiores aut ad eas, quae ante auriculo-vertebralem lineam stratae sunt, encephali partes pervenient.

# CONSPECTUS NERVORUM CAPITIS.

## A. Nervi cerebrales.

### Par primum, nervus olfactorius.

Vid. tabb. I. II. III. IV.

I. Pars cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. I. 1—3. Fig. II. 1—3.

Radices medullares. Tab. I. Fig. I. et II. 1. 2.

Tuber olfactorium. Tab. I. Fig. I. et II. 3.

II. Bulbus olfactorius. Tab. I. Fig. I. 5. Tab. II. Tab. III. 2.

III. Fila olfactoria, per foramina cribrosa cavitatem narium in-euntia. Tab. III. 3.

1. Rami septi narium. Tab. IV. Fig. I. 1.

2. Rami laterales narium. Tab. IV. Fig. II. 1.

### Par secundum, nervus opticus.

Vid. tabb. I. II. III. V.

I. Pars cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. II. 4. Fig. V. 1. Tab. V. 1.

Corpora geniculata s. intumescentiae ganglioformes in origine nervi optici. Tab. I. Fig. II. h. i. Fig. III. a.

II. Chiasma nervorum opticorum. Tab. I. Fig. I. ee.

Fibrae rectae, decussatae, arcuatae orbitales et cerebrales. Tab. I. Fig. II. 5. 6. 7. 8.

III. Pars orbitalis, per foramen opticum orbitam intrans. Tab. I. Fig. I. 7. Tab. II. II. Tab. III. III. Tab. V. 3.

IV. Retina.

### Par tertium, nervus oculomotorius.

Vid. tabb. I. II. III. V.

I. Pars cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. I. III. Fig. II. III.

II. Pars orbitalis, per canalem durae matris peculiarem et fissuram orbitalem superiorem orbitam ingrediens. Tab. II. III. Tab. III. III. Tab. V. III.

III. Rami:

1. Ramus superior ad musculum rectum oculi superiorem et levatorem palpebrae superioris. Tab. III. 5. Tab. V. 4.

2. Ramus inferior:

a. Surculus ad musculum rectum oculi interiorem. Tab. III.

b. Surculus ad musculum rectum oculi inferiorem. Tab. V.

c. Surculus ad musculum obliquum oculi inferiorem. Tab. V. 7.

d. Radix brevis ganglia ophthalmici. Tab. V. 6.

### Par quartum, nervus trochlearis s. patheticus.

Vid. tabb. I. II. III. V.

I. Pars cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. I. IV. Fig. III. 1. Fig. IV. IV. Fig. V. 8. 9.

II. Pars orbitalis, per canalem durae matris peculiarem et per superiorem fissuram orbitalem orbitam intrans. Tab. II. IV. Tab. III. IV. Tab. V. 10.

III. Rami ad musculum obliquum superiorem s. trochearem. Tab. III. 8.

### Par quintum, nervus trigeminus s. divisus s. sympathicus medius.

Conf. tabulae omnes.

I. Pars cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. I. V. Fig. IV.

Portio s. radix major. Tab. I. Fig. IV. 2. 3. 4.

Portio s. radix minor. Tab. I. Fig. IV. 1.

Portio major et minor per separatas fissuras in latere pontis apparent. Tab. I. Fig. I. V. Fig. IV. V. Tab. V. 11. 12.

II. Truncus quinti paris et plexus triangularis. Tab. II. V. Tab. III. V. Tab. IV. Fig. II. 2.

Ganglion plexus triangularis (inconstans). Tab. IV. 10.

III. Ganglion semilunare s. Gasseri s. intervertebrale capititis anterius. Tab. III. 9. Tab. IV. Fig. II. 5. Tab. V. 13.

IV. Ramus primus s. ophthalmicus q. p., per fissuram orbitalem superiorem orbitam ingrediens. Tab. III. 11. Tab. V. 14.

1. Nervus recurrens primi rami s. tentorii. Tab. III. 12. 13.

2. Nervus lacrimalis. Tab. III. 14. Tab. VI. 3.  
 a. Ramus internus. Tab. VI. 4.  
 b. Ramus externus. Tab. VI. 5.
3. Nervus supraorbitalis s. frontalis. Tab. III. 15. Tab. V. 15.  
 a. Ramus supratrochlearis. Tab. III. 17. Tab. VIII. 3. 4. 5.  
 Tab. IX. 2.  
 b. Ramus frontalis s. supraorbitalis. Tab. III. 16.  
 Tab. VIII. 1. 2. Tab. IX. 1.
4. Nervus oculonasalis s. nasociliaris. Tab. III. 19. Tab. V. 17.  
 a. Radix longa ganglii ophthalmici. Tab. III. 20. Tab. V. 18.  
 b. Nervuli ciliares longi. Tab. III. 21. Tab. V. 19.  
 c. Ramus infratrochlearis. Tab. III. 23. Tab. VIII. 6.  
 d. Ramus ethmoidalis, per foramen ethmoidale in cranium et per laminam cribrosam in cavitatem nasi intrans. Tab. III. 22.  
 e. Ramus septi narium. Tab. IV. Fig. I. 2.  
 f. Ramus lateralis narium. Tab. IV. Fig. II. 9.  
 g. Ramus externus narium. Tab. IV. Fig. II. 10.  
 Tab. VIII. 7.
- Ganglion ophthalmicum s. ciliare s. lenticulare  
 s. Schacheri. Tab. V. 20.
1. Radix brevis. Tab. V. 6.
  2. Radix longa. Tab. V. 18.
  3. Radix media s. sympathica. Tab. V. 21.
  4. Nervuli ciliares breves. Tab. V. 22.
  5. Fasciculus superior nervorum ciliarium. Tab. V. 23.
  6. Fasciculus inferior nervorum ciliarium. Tab. V. 24.
- V. Ramus secundus s. maxillaris superior, per foramen rotundum fossam sphenopalatinam iniens. Tab. III. 24. Tab. IV. Fig. II. 11. Tab. V. 25.
1. Nervus recurrens secundi rami. Tab. III. 25.
  2. Nervus subcutaneus malae. Tab. V. 26. Tab. VI. 7. Tab. VII. 1.  
 a. Ramus superior s. temporalis. Tab. VI. 9. Tab. VII. 2.  
 Tab. VIII. 8. 9.
  - b. Ramus inferior s. facialis. Tab. VI. 8. Tab. VII. 3.  
 Tab. VIII. 10.
  3. Nervus infraorbitalis. Tab. V. 27. Tab. VI. 10. Tab. VII. 4.  
 Tab. VIII. 11.  
 a. Nervi dentales s. alveolares superiores posteriores, major et minor. Tab. V. 28. Tab. VI. 11. Tab. VII. 5.  
 α. Rami buccales. Tab. VII. 6.  
 β. Rami dentales. Tab. VII. 7.  
 γ. Rami gingivales. Tab. VII. 8.  
 δ. Coniectio cum nervo dentali anteriori. Tab. VII. 9.
  - b. Nervus dentalis s. alveolaris anterior minor. Tab. V. 29.  
 Tab. VI. 12. Tab. VII. 10.
  - c. Nervus dentalis s. alveolaris anterior major. Tab. VII. 11.  
 α. Ramus dentalis. Tab. VII. 12.  
 β. Ramus nasalis. Tab. VII. 14.
  - d. Nervi palpebrales inferiores. Tab. VIII. 12. Tab. IX. 3.
  - e. Nervi laterales narium. Tab. VIII. 14. 15. Tab. IX. 4.
  - f. Nervi labiales superiores. Tab. VIII. 16. 17.
  - g. Coniectio cum nervo faciali. Tab. VIII. 18.
4. Nervus naso - s. sphenopalatinus. Tab. IV. Fig. II. 12.  
 Tab. V. 31.  
 a. Nervi nasales. Tab. IV. Fig. I. et II.  
 α. Nervus septi narium s. nasopalatinus Scarpaee.  
 Tab. IV. Fig. I. 3. 4.
- β. Nervi laterales narium superiores. Tab. IV. Fig. II. 15.
- γ. Nervi laterales narium inferiores. Tab. IV. Fig. II. 16.
- δ. Nervi pharyngei. Tab. IV. Fig. I. 5. Tab. V. 35.
- b. Nervi palatini. Tab. IV. Fig. II. Tab. V.  
 α. Nervus palatinus major. Tab. IV. Fig. II. 14.  
 Tab. V. 36.
- β. Nervi palatini minores, externus et internus.  
 Tab. IV. Fig. II. 13.
- Ganglion rhinicum s. nasale s. sphenopalatinum s. Meckelii. Tab. IV. Fig. II. 17. Tab. V. 32.
1. Radix brevis s. sphenopalatina. Tab. IV. Fig. II. 20.
  2. Radix longa s. petrosa (nervus petrosus superficialis major). Tab. IV. Fig. II. 19. Tab. V. 33.
  3. Radix sympathica s. carotica (nervus Vidianus). Tab. IV. Fig. II. 18. Tab. V. 34.
  4. Nervi nasales. Tab. IV. Fig. II. 22.
  5. Ramus ad musculum levatorum veli palatini. Tab. IV. Fig. II.
  6. Fila orbitalia. Tab. IV. Fig. II. 21.
- VI. Ramus tertius s. maxillaris inferior (portio minor cum parte portionis majoris), per foramen ovale transiens. Tab. III. 26. Tab. IV. Fig. II. 23. Tab. V. 37. Tab. VI. 15.
1. Nervus recurrens s. spinosus, ganglion oticum plurumque perforans. Tab. III. 27. Tab. IV. Fig. II. 24.
  2. Nervus auricularis anterior s. auriculo-temporalis. Tab. III. 28. Tab. IV. Fig. II. 25. Tab. V. 38. Tab. VI. 21. 22. Tab. VII. 21—23.  
 a. Rami nervo faciali se adjungentes. Tab. VII. 24.  
 Tab. VIII. 28.
  - b. Nervus meatus auditorii externi.
  - c. Nervus auricularis anterior. Tab. VII. 25. Tab. IX. 5.
  - d. Nervus temporalis superficialis. Tab. VII. 26. Tab. VIII. 29. Tab. IX. 6.
  3. Nervus maxillaris s. mandibularis inferior. Tab. IV. Fig. II. 26. Tab. V. 42. Tab. VI. 23. Tab. VII. 28.  
 a. Nervus mylohoideus. Tab. VI. 24. 25. Tab. VII. 29. 30.  
 b. Nervi dentales s. alveolares inferiores posteriores. Tab. VII. 32.  
 α. Rami dentales. Tab. VII. 35.  
 β. Rami alveolares. Tab. VII. 33.  
 γ. Rami gingivales. Tab. VII. 36.
  - c. Nervus dentalis s. alveolaris inferior anterior. Tab. VII. 33—36.
  - d. Nervus mentalis. Tab. VII. 37. Tab. VIII. 20.  
 α. Rami labiales inferiores. Tab. VIII. 22. 23.  
 β. Rami mentales. Tab. VIII. 21.

3. Conjunctione cum nervo faciali. Tab.VIII. 25.  
 γ. Rami buccales. Tab.VIII. 24.
4. Nervus lingualis s. gustatorius. Tab.IV. Fig. II. 27.  
 Tab.V. 43. Tab.VI. 26. Tab.VII. 27.  
 a. Conjunctione cum chorda tympani. Tab.IV. Fig. II. 28.  
 Tab. VI. 27.  
 b. Ramuli isthmi faecum. Tab.VI. 28.  
 c. Ramuli ad ganglion linguale. Tab.VI. 29.  
 d. Ramuli se conjungentes cum nervo hypoglosso.  
 e. Ramus sublingualis. Tab.VI. 29.  
 f. Rami linguales. Tab.IV. Fig. I. 6. 7. Tab.V. 44.  
 Tab.VI. 30.
5. Nervus buccinatorius s. bucco-labialis. Tab.III. 32.  
 Tab.VI. 16. Tab.VII. 15.  
 a. Nervus temporalis profundus anterior. Tab. III. 33.  
 Tab.VI. 18. Tab.VII. 18.  
 b. Nervus pterygoideus externus. Tab.III. 34. Tab.VI. 17.  
 c. Rami bucco-labiales. Tab.VII. 16. 17. Tab.VIII. 26.  
 Tab.IX. 7.
6. Nervus temporalis profundus posterior. Tab. III. 30.  
 Tab.VI. 19. Tab.VII. 19.
7. Nervus masetericus. Tab.III. 29. Tab.VI. 20. Tab.VII. 20.
8. Nervus pterygoideus internus. Tab.IV. Fig. II. 29.  
 a. Ramulus ad musculum tensorem tympani. Tab.IV.  
 Fig. II. 34.  
 b. Ramulus ad musculum tensorem veli palatini.  
 Tab.IV. Fig. II. 30.  
 γ. Ramus ad musculum pterygoideum internum.  
 Tab.IV. Fig. II. 29.

- Ganglion oticum s. auriculare s. Arnoldi. Tab.IV. Fig. II. 32.
1. Radix brevis, e nervo pterygoideo oriens. Tab.IV. Fig. II.
  2. Radix longa, e nervo tympanico nervi glossopharyngei egrediens. Tab.IV. Fig. II. 33.
  3. Radix sympathica s. mollis. Tab.IV. Fig. II. 36.
  4. Nervus tensoris tympani. Tab.IV. Fig. II. 35.
  5. Ramuli se adjungentes nervo auriculo-temporali. Tab.IV.  
 Fig. II. 36.

- Ganglion glotticum s. linguale s. maxillare  
 s. Meckelii minus. Tab.VI. 32.
1. Radix longa, e chorda tympani oriens. Tab.VI. 33.
  2. Radix brevis, e nervo linguali egrediens. Tab.VI. 29.
  3. Radix sympathica s. mollis. Tab.VI. 34.
  4. Fila ad ductum Whartonianum et glandulam maxilla-  
 rem pertinentia. Tab.VI. 35. 36.
  5. Fila se conjungentia cum nervo linguali. Tab.VI. 37.

Par sextum, nervus abducens s. indignatorius.  
 Vid. tabb. I. II. III. IV. V.

- I. Pars cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. I. VI. Fig. II. 9. 10. 11.  
 Fig.V. 2.

II. Pars cavernosa, per separatum durae matris prope basin sellae turcicae in sinum cavernosum e crano transiens. Tab. II VI. Tab. III. VI. Tab. IV. Fig. II. VI.

Conjunctione cum nervo carotico e ganglio cervicali superno exoriente. Tab.VI.

III. Pars orbitalis, per fissuram orbitalem superiorem orbitam intrans. Tab. III. 34. Tab.V. VI.

IV. Rami ad musculum rectum oculi externum. Tab. III. 35.

Par septimum, nervus facialis s. communicans faciei s. sympatheticus medius s. portio dura septimi paris.

Conf. tabulae omnes.

I. Pars cerebralis. Tab.I. Fig. I. VII.

Portio major. Tab.I. Fig. I. 8. Fig. II. 3.

Portio minor: filamenta nervea Wristsbergii. Tab.I. Fig. II. 9.

II. Pars petrosa, per meatum auditorium internum et canalem Fallopii decurrens. Tab. II. VII. Tab. III. VII. 36. 37. Tab. IV. Fig. II. VII. Fig. III. VII.

1. Ramus communicans internus nervi facialis cum auditio. Tab. III. 38.

2. Ramus communicans externus nervi facialis cum auditio. Tab. III. 39.

3. Ganglion geniculum s. intumescentia ganglioformis nervi facialis. Tab. III. 40. Tab. IV. Fig. II. 37. Tab. V. 45.

4. Conjunctione cum nervo petroso superficiali majori. Tab. III. 41. Tab. IV. Fig. II. 38. Tab. V. 46.

5. Conjunctione cum nervo petroso superficiali minori. Tab. IV. Fig. II. 39.

6. Ramulus ad musculum stapedium. Tab. IV. Fig. II. 40.

7. Chorda tympani. Tab. III. 42. Tab. IV. Fig. II. 41. Fig. III. 1. Tab. VI. 38. 39. 40.

8. Conjunctione cum ramo auriculari nervi vagi. Tab. IV. Fig. III. 10.

III. Pars facialis, per foramen stylomastoideum e canale Fallopiae egrediens.

1. Nervus auricularis posterior s. profundus. Tab. IV. Fig. III. 2. Tab.VI. 41. Tab.VII. 38. Tab. IX. 9.

a. Ramus occipitalis. Tab.VII. 40.

b. Ramus auricularis. Tab.VII. 39.

2. Nervus stylohyoideus et digastricus. Tab.VI. 42. 43.

3. Rami se adjungentes nervo auriculo-temporali et ner-  
 vis mollibus. Tab.VIII. 28.

4. Ramus superior nervi facialis. Tab.VII. 42. Tab.VIII. 30.

a. Nervi temporales. Tab.VIII. 31. Tab. IX. 10.

b. Nervi zygomatici s. malares. Tab.VIII. 32. Tab. IX. 11.

c. Nervi buccales s. bucco-labiales superiores.

Tab.VIII. 33. Tab. IX. 12.

5. Ramus inferior nervi facialis. Tab.VII. 41. Tab.VIII. 34.

a. Nervi buccales s. bucco-labiales inferiores. Tab.VIII. 35.

Tab. IX. 13.

- b. Nervus marginalis maxillae inferioris s. labio-mentalis. Tab.VIII. 36. Tab.IX. 14.
- c. Nervus subcutaneus colli superior. Tab.VIII. 37. 38. Tab.IX. 15. 16. 17.
- Plexus anserinus s. parotideus. Tab.VIII. 39.

**Par octavum, nervus acusticus s. auditorius  
s. portio mollis septimi paris.**

Vid. tabb. I. II. III. V.

- I. Pars cerebralis s. origo. Tab.I. Fig.I.VIII.  
Radix posterior. Tab.I. Fig.III. 2.  
Striae medullares s. acusticae. Tab.I. Fig.III. 2.  
Radix anterior. Tab.I. Fig.V. 4.
- II. Pars petrosa, per foramen acusticum internum in meatum auditorium internum intrans. Tab.II. VIII. Tab.III. VIII. Tab.V. VIII.
- III. Rami ad labyrinthum membranaceum.
  - 1. Nervus vestibuli.
    - a. Ramus superior.
    - b. Ramus medius.
    - c. Ramus inferior.
  - 2. Nervus cochleae.

**Par nonum, nervus glossopharyngeus.**

Vid. tabb. I. II. III. IV. V.

- I. Pars cerebralis s. origo. Tab.I. Fig.I.IX. Fig.III. LX.  
Radix minor s. superior. Tab.I. Fig.I. 10.  
Radix major s. inferior. Tab.I. Fig.I. 11.
- II. Pars petrosa, per aperturam durae matris separatam et foramen lacerum posterius e crano exiens. Tab.II. IX. Tab.III. IX. Tab.IV. Fig.III. IX.
  - 1. Conjunction cum ganglio cervicali supremo. Tab.IV. Fig.I. 9.
  - 2. Ganglion petrosum s. jugulare nervi glossopharyngei. Tab.IV. Fig.I. 8. Tab.V. 47. Tab.IV. Fig.III. 4.
  - 3. Nervus tympanicus s. Jacobsonii. Tab.V. 48.
    - a. Conjunction cum nervo carotico. Tab.V. 49.
    - b. Ramulus ad fenestram rotundam. Tab.V. 50.
    - c. Ramulus ad fenestram ovalem. Tab.V. 51.
    - d. Ramulus ad tubam Eustachianam. Tab.V. 52.
    - e. Nervus petrosus profundus minor. Tab.V. 54.
    - f. Nervus petrosus superficialis minor. Tab.V. 53. Tab.III. 43.
  - 4. Filamentum se adjungens ramo auriculari nervi vagi. Tab.IV. Fig.III. 5.
- III. Pars pharygea et lingualis.
  - 1. Rami communicantes nervi glossopharyngei cum nervo faciali, nervis molibus et plexu ganglioformi nervi vagi. Tab.IV. Fig.I. 58. Tab.V. 55.
  - 2. Rami pharyngei. Tab.IV. Fig.I. 11. Tab.V. 58.

- 3. Rami ad musculum stylopharyngeum. Tab.V. 59.
- 4. Rami tonsillares.
- 5. Rami linguaes. Tab.IV. Fig.I. 12. 13. 14. Tab.V. 60.

**Par decimum, nervus pneumogastricus s. vagus.**

Vid. tabb. I. II. III. IV. V. VI.

- I. Pars cerebralis s. origo. Tab.I. Fig.I.X. Fig.III. 4.
- II. Pars petrosa, per foramen lacerum posterius e crano edita. Tab.II. X. Tab.III. X. Tab.V. X.
  - 1. Conjunction superior cum ganglio cervicali supremo. Tab.IV. Fig.I. 16.
  - 2. Ganglion jugulare s. superius nervi vagi. Tab.III. 44. Tab.IV. Fig.I. 15. Fig.III. 7. Tab.V. 61.
  - 3. Nervus recurrens nervi vagi. Tab.IV. Fig.I. 17. 18. 19. Fig.III. 8.
  - 4. Nervus auricularis nervi vagi s. nervus fossae jugularis. Tab.IV. Fig.III. 9.
    - a. Ramuli se conjungentes cum nervo faciali. Tab.IV. Fig.III. 10.
    - b. Conjunction cum nervo auriculari posteriori. Tab.IV. Fig.III. 11.
    - c. Ramulus meatus auditorii externi. Tab.IV. Fig.III. 12.
  - 5. Conjunction cum ramo interno s. minore nervi accessori. Tab.IV. Fig.I. 35. Fig.III. 14.
- III. Pars cervicalis.
  - 1. Conjunction inferior cum ganglio cervicali supremo. Tab.IV. Fig.I. 51. Fig.III. 13.
  - 2. Ganglion inferius s. plexus ganglioformis nervi vagi. Tab.IV. Fig.I. 21. Tab.V. 63.
  - 3. Nervi pharyngei. Tab.IV. Fig.I. 20. 22. Tab.V. 62.
  - 4. Nervus laryngeus superior. Tab.IV. Fig.I. 23. Tab.V. 64. Tab.VI. 45.
    - a. Ramus externus, sese conjungens cum filamento e ganglio cervicali supremo oriente. Tab.IV. Fig.I. 24. 25. Tab.V. 65. 66. Tab.VI. 47.
    - b. Ramus internus. Tab.IV. Fig.I. 26. 27. Tab.V. 67. Tab.VI. 46.
  - 5. Rami cardiaci superiores.
  - 6. Nervus laryngeus inferior s. recurrens laryngeus. Tab.IV. Fig.I. 30. Tab.V. 60. Tab.VI. 49.
    - a. Rami se conjungentes cum nervo sympathico. Tab.IV. Fig.I. 31.
    - b. Rami cardiaci inferiores.
    - c. Rami tracheales et oesophagei. Tab.IV. Fig.I. 32. 33. Tab.VI. 50. 51.
    - d. Ramus laryngeus inferior. Tab.IV. Fig.I. 34. Tab.VI. 52.
    - e. Surculus conjunctionem cum nervo laryngeo superiore iniens. Tab.IV. Fig.I. 28.
- IV. Pars thoracica.
- V. Pars abdominalis.

**Par undecimum, nervus accessorius Willisii.**

Vid. tabb. I. II. III. IV. V.

**I.** Pars spinalis et cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. I. XI. Fig. III. XI. Tab. II. XI. Tab. III. XI.

1. Radices spinales. Tab. V. 70.

Truncus spinalis nervi accessorii posteriore primi et nonnunquam secundi nervi cervicalis radice decussatur. Tab. VII. 72.

2. Radices cerebrales. Tab. V. 71.

**II.** Pars petrosa, per foramen lacerum posterius una cum nervo vago e crano exiens. Tab. II. XI. Tab. III. XI. Tab. IV. Fig. I. et III. XI.**III.** Pars cervicalis.

1. Ramus internus minor, conjunctiones iniens cum trunco et ramo pharyngeo nervi vagi. Tab. IV. Fig. I. 35. Fig. III. 14. Tab. V. 73.

2. Ramus externus major. Tab. IV. Fig. I. 36. Fig. III. 45. Tab. V. 74.

a. Rami ad musculum sternocleidomastoideum pertinentes. Tab. VII. 43.

b. Ramus ad musculum cucullarem dimissus. Tab. VII. 44. 45. Tab. VIII. 40.

c. Rami se conjungentes cum nervo cervicali tertio et quarto. Tab. VII. 46.

**Par duodecimum, nervus hypoglossus s. loquens.**

Vid. tabb. I. II. III. IV. V. VI.

**I.** Pars cerebralis s. origo. Tab. I. Fig. I. XII. Fig. II. 12. Tab. V. 75.**II.** Pars condyloidea, per nonnullas durae matris aperturas et foramen condyloideum anterius e crano egrediens. Tab. II. XII. Tab. III. XII. Tab. IV. Fig. III. XII. Tab. V. XII.

1. Ramus conjunctionem iniens cum nervo cervicali primo et ganglio cervicali supremo. Tab. IV. Fig. I. 37. Tab. V. 76.

2. Ramus nervo vago se adjungens. Tab. V. 77.

**III.** Pars cervicalis.

1. Ramus descendens s. cervicalis. Tab. V. 78. Tab. VI. 54. Tab. VII. 47.

a. Conjunctione cum nervo cervicali secundo et tertio (ansa nervi hypoglossi). Tab. VII. 48. 49.

b. Rami musculares. Tab. VII. 50.

2. Ramus thyreohyoideus. Tab. V. 59. Tab. VI. 55. Tab. VII. 52.

**IV.** Pars lingualis.

1. Ramus se conjungens cum nervo linguali.

2. Ramulus ad musculum styloglossum. Tab. V. 81.

3. Ramuli ad musculum hyoglossum. Tab. V. 82. Tab. VI. 57.

4. Ramus ad musculum geniohyoideum. Tab. V. 80. Tab. VI. 56.

5. Rami ad musculum genioglossum et musculos linguaes proprios. Tab. IV. Fig. I. XII\*. Tab. V. 83. Tab. VI. 58.

**B. Nervi cervicales quatuor superiores.****Nervus cervicalis primus s. infraoccipitalis.**

Vid. tabb. I. IV. V. VI. VII. VIII. IX.

**I.** Pars spinalis s. origo. Tab. I. Fig. I. XIII.

Radix anterior major. Tab. I. Fig. I. XIII. Tab. IV. Fig. I. XIII. 38.

Radix posterior minor. Tab. I. Fig. III. XIII. Tab. IV. Fig. I. XIII. 39.

Radix posterior nervo accessorio Willisii saepe decussatur. Tab. V. 84.

**II.** Pars vertebralis.

Ganglion intervertebrale, inter occiput et atlantem sub flexura suprema arteriae vertebralis situm.

**III.** Rami:

1. Ramus anterior. Tab. IV. Fig. I. XIII. 41. Tab. V. 86.

a. Ramus anastomoticus cum nervo hypoglosso et ganglio cervicali supremo s. ascendens. Tab. IV. Fig. I.

b. Ramus anastomoticus cum nervo cervicali secundo et ganglio cervicali supremo s. descendens. Tab. IV. Fig. I.

c. Ramuli musculares (ad m. rectum capitidis lateralem, anticum majorem et minorem). Tab. V. 87.

2. Ramus posterior ad musculos obliquos et rectos capitis posticos, musculum complexum et biventrem. Tab. VI. 59. 60. 61.

**Nervus cervicalis secundus.**

Vid. tabb. IV. V. VI. VII. VIII. IX.

**I.** Pars spinalis s. origo. Tab. V. XIV.

Radix anterior minor. Tab. IV. Fig. I. XIV. 38.

Radix posterior major. Tab. IV. Fig. I. XIV. 39. Tab. V. 88.

Radix posterior nonnunquam nervo accessorio decussatur.

**II.** Pars vertebralis.

Ganglion intervertebrale s. spinale, inter vertebram cervicalis primam et secundam situm. Tab. IV. Fig. I. XIV. 40. Tab. V. 89.

**III.** Rami:

1. Ramus anterior. Tab. IV. Fig. I. XIV. 41. Tab. V. 91. Tab. VI. 62.

a. Ramus anastomoticus cum nervo cervicali primo s. ascendens. Tab. IV. Fig. I. XIV. 42. Tab. V. 92. Tab. VI. 63.

b. Ramus anastomoticus cum nervo cervicali tertio, ganglio cervicali supremo et ramo cervicali nervi hypoglossi, s. ramus descendens. Tab.V.94. Tab.VI.64.

c. Ramuli musculares, ad m. rectum capitis anticum majorem et musculos intertransversarios vertebrae primae et secundae pertinentes. Tab.V.93. Tab.VI.65.

2. Ramus posterior: Tab.V.90.

a. Rami musculares, ad m. obliquum capitis inferiorem, trachelomastoideum, complexum et biventrem, splenium capitis et colli, semispinalem cervicis pertinentes. Tab.VI.66.67.68.

b. Ramus cutaneus occipitis s. nervus occipitalis magnus. Tab.VII.54. Tab.VIII.41.42.43. Tab.IX.20.

### Nervus cervicalis tertius.

Vid. tabb. IV. V. VI. VII. VIII. IX.

#### I. Pars spinalis s. origo. Tab.V. XV.

Radix anterior minor. Tab.IV. Fig.I. XV.38.

Radix posterior major. Tab.IV. Fig.I. XV.39. Tab.V.96.

#### II. Pars vertebralis.

Ganglion intervertebrale s. spinale, inter vertebram cervicalem secundam et tertiam situm. Tab.IV. Fig.I. XV.40. Tab.V.98.

#### III. Rami:

1. Ramus anterior. Tab.IV. Fig.I. XV.41. Tab.V. 100. Tab.VI.69. Tab.VII.56.

a. Ramus anastomoticus cum nervo cervicali secundo s. ascendens. Tab.IV. Fig.I.42.

b. Ramus descendens s. inferior.

$\alpha$ . Rami musculares, ad musculos scalenos, rectum capitis anticum majorem, longum colli etc. pertinentes. Tab.VII.57.

$\beta$ . Rami anastomotici cum ganglio cervicali supremo, ramo cervicali nervi hypoglossi, ramo externo nervi accessorii. Tab.IV. Fig.I.42. Tab.VII.58.59.60.

$\gamma$ . Nervus occipitalis minor s. anterior s. parvus. Tab.VI.70. Tab.VII.61.62.63. Tab.VIII.44. Tab.IX.21.

$\delta$ . Nervus auricularis magnus. Tab.VI.71. Tab.IV.64. Tab.VIII.45.46.47. Tab.IX.23—27.

Ramus posterior s. auricularis. Tab.IX.24.

Ramus anterior s. facialis. Tab.IX.25—27.

e. Nervus subcutaneus colli s. cervicalis superficialis. Tab.VI.72. Tab.VIII.48.49. Tab.IX.28.

Ramus se conjungens cum n. subcutaneo colli superiore. Tab.IX.15.28.

Nervus subcutaneus colli medius. Tab.VIII.48. Tab.IX.28.

Nervus subcutaneus colli inferior. Tab.IX.49.

2. Ramus posterior. Tab.V.99.

a. Rami musculares, ad musculos secundi, tertii et quarti strati muscularum cervicis pertinentes. Tab.VI.73.74.75.

b. Ramus se adjungens nervo cervicali secundo. Tab.VI.

c. Ramus cutaneus cervicis. Tab.VI.76.

### Nervus cervicalis quartus.

Vid. tabb. IV—IX.

#### I. Pars spinalis s. origo. Tab.V. XVI.

Radix anterior minor. Tab.IV. Fig.I. XVI.38.

Radix posterior major, conjunctionem cum radice posteriore nervi cervicalis tertii iniens. Tab.IV. Fig.I. XVI.39. Tab.V.104.

#### II. Pars cerebralis.

Ganglion intervertebrale quartum, inter vertebram cervicalem tertiam et quartam situm. Tab.IV. Fig.I. XVI.40. Tab.V.106.

#### III. Rami:

1. Ramus anterior. Tab.IV. Fig.I. XVI.41. Tab.V.108. Tab.VI.77. Tab.VII.67.

a. Rami anastomotici:

$\alpha$ . cum nervo cervicali tertio. Tab.IV. Fig.I.42. Tab.VII.69.

$\beta$ . cum nervo cervicali quinto. Tab.VII.70.

$\gamma$ . cum nervo accessorio. Tab.VII.

$\delta$ . cum nervo sympathico.

b. Rami musculares, ad musculos scalenos, longum colli, rectum capitis anticum majorem, levatorem scapulae et musculum phrenicum pertinentes. Tab.V.109. Tab.VII.68.71.

c. Nervi supraclavulares anteriores, medii, posteriores. Tab.VII.72. Tab.VIII.53.

2. Ramus posterior. Tab.V.107.

a. Rami musculares cervicis. Tab.VI.79—81.

b. Ramus cutaneus cervicis. Tab.VI.82.

### C. Pars cephalica nervi sympathici s. systematis nervorum vegetativi.

Vid. tabb. II. IV. V. VI.

I. Ganglion cervicale supremum s. olivare s. fusiforme. Tab. IV.  
Fig. I. XX.

1. Nervus caroticus. Tab. IV. Fig. I. 44.

a. Ramus externus nervi carotici. Tab. V. 120.

*α.* Ramulus anastomoticus cum nervo tympanico.  
Tab. V. 49.

*β.* Ramus profundus nervi Vidiani s. radix mollis  
ganglia nasalium. Tab. IV. Fig. II. 18. Tab. V. 34.

*γ.* Ramus se conjungens cum nervo abducente.  
Tab. V.

*δ.* Rami se conjungentes cum nervo carotico in-  
teriori. Tab. IV. Fig. I. 46.

Plexus caroticus. Tab. IV. Fig. I. 46.

b. Ramus internus nervi carotici. Tab. IV. Fig. I. 46.  
Plexus cavernosus. Tab. IV. Fig. I. 47.

*α.* Ramuli cohaerentes cum n. abducente. Tab. IV.  
Fig. I. 48.

*β.* Ramuli conjunctionem incantes cum primo ramo  
*q. p.* et ganglio Gasseri. Tab. IV. Fig. I. 49.

*γ.* Ramulus cum nervo oculomotorio se conjungens.

*δ.* Ramulus ad ganglion ophthalmicum (radix mol-  
lis s. sympathica g. ophthalmica). Tab. V. 21.

*ε.* Ramuli vasculares s. nervuli molles arteriarum  
carotidis internae. Tab. II. Tab. IV. Fig. I. 50.  
Tab. V. 122.

2. Nervus jugularis. Tab. IV. Fig. I. 51.

3. Ramus cum nervo hypoglosso et cervicali primo se  
conjungens. Tab. IV. Fig. I. 52.

4. Ramus communicans inferior ganglii cervicalis supremi  
cum nervo vago. Tab. IV. Fig. I. 54.

5. Rami conjunctionem cum ansa cervicali prima et se-  
cunda ineuntes. Tab. IV. Fig. I. 53.

6. Truncus nervorum mollium s. vascularium carotidis ex-  
ternae. Tab. IV. Fig. I. 55.

*a.* Plexus carotidis communis. Tab. IV. Fig. I. 63--65.  
Ganglion intercaroticum. Tab. IV. Fig. I. 64.

Tab. V. 117.

*b.* Plexus thyreoideus superior. Tab. IV. Fig. I. 62.

*c.* Plexus lingualis. Tab. IV. Fig. I. 61.

*d.* Plexus maxillaris externus. Tab. IV. Fig. I. 60.

Ramulus ad ganglion linguale s. radix mollis ganglii  
lingualis. Tab. VI. 34.

*e.* Plexus pharyngeus ascendens.

Ganglion pharyngeum molle.

*f.* Plexus occipitalis. Tab. VI. 92.

*g.* Plexus auricularis posterior. Tab. VI.

*h.* Plexus maxillaris internus. Tab. VI. 93.

Ramulus ad ganglion oticum s. radix mollis gang-  
lii otici. Tab. IV. Fig. II. 34.

*i.* Plexus temporalis. Tab. VI.

Ganglion temporale molle.

7. Rami pharyngeo-laryngei. Tab. IV. Fig. I. 66.

8. Nervus cardiacus supremus s. superior s. superficialis.  
Tab. IV. Fig. I. 68.

9. Truncus intermedius inter ganglion cervicale supremum  
et medium. Tab. IV. Fig. I. Tab. V. Tab. VI. 94.

II. Nervi molles s. vasculares arteriae vertebralis et basilaris  
e ganglio cervicali inferiori et thoracico supremo egre-  
dientes. Tab. IV. Fig. I. XXI. 71.72. Tab. II. Tab. V. 124.

# EXPLICATIO TABULARUM.

## Tabula prima.

Origines nervorum cerebri.

### Figura prima.

*Basis cerebri cum decessu nervorum.*

- A. Medullae spinalis suprema pars. a. Fissura anterior. b. Funiculi medullae spinalis anteriores, c. laterales, d. posteriores. e. Sulcus lateralis anterior. f. Sulcus medianus posterior. g. Canalis spinalis. h. Substantia cinerea centralis. i. Cornua cinerea anteriora, k. posteriora.
- B. Medulla oblongata. l. Corpora pyramidalia. m. Fibrae pyramidum decussatae. n. Fibrae rectae pyramidum. o. Commissura pyramidum (nonnunquam obvia). p. Corpora olivaria. q. Corpora restiformia.
- C. Cerebellum. r. Lobus semilunaris superior, s. inferior. t. Lobus gracilis, u. biventer. v. Flocculus. w. Tonsilla. x. Vermis pars posterior. y. Pons. z. Brachia pontis, e sulco horizontali magno procedentia.
- D. Cerebrum. aa. Pedunculi cerebri. bb. Substantia perforata media. cc. Corpora mammillaria. dd. Tuber cinereum et infundibulum. ee. Chiasma nervorum opticorum. ff. Lobi anteriores. gg. Fossa Sylvii. hh. Substantia perforata lateralis. ii. Lobi inferiores et kk. posteriores. ll. Fissura cerebri mediana.
- I. Nervus olfactorius. 1. Radix medullaris externa, 2. interna. 3. Tuber olfactiorum. 4. Tractus olfactarius. 5. Bulbus olfactarius.
- II. Nervus opticus. 6. Tractus opticus. 7. Pars orbitalis chiasmatis nervi optici.
- III. Nervus oculomotorius, e latere pedunculi cerebri interno multis radicibus prodiens.
- IV. Nervus trochlearis, in latere pedunculi cerebri externo apparenſ.
- V. Nervus trigeminus.
- VI. Nervus abducens.
- VII. Nervus facialis. 8. Portio major. 9. Portio minor nervi facialis: filamenta nervea Wrisbergii.
- VIII. Nervus auditorius.
- IX. Nervus glossopharyngeus. 10. Portio minor, 11. major.
- X. Nervus pneumogastricus.
- XI. Nervus accessorius Willisii.
- XII. Nervus hypoglossus.
- XIII. Nervi cervicalis primi radix anterior.
- XIV. Nervi cervicalis secundi radix posterior.

### Figura secunda.

*Origo primi, secundi, tertii, sexti et duodecimi nervorum cerebri paris.*

- A. Medulla oblongata. a. Pyramis dextri lateris. Corpus pyramide sinistrum ablatum est. b. Corpora olivaria. c. Corpora restiformia.
- B. Pons, maxima e parte resciſſus. d. Tractus pyramidis dextrae per pontem s. stratum longitudinale pontis superficiale. e. Stratum longitudinale pontis profundum sinistri lateris. f. Laqueus sinister, e corpore olvari egrediens.
- C. Pedunculus cerebri. Pes pedunculi sinistri est persciſſus et majorem partem ablatus, quo tegmentum (g) pedunculi pateat.
- D. Pulvinar colliculi nervi optici. h. Corpus geniculatum extēnum, i. internum.

- E. Corpora mammillaria et tuber cinereum.
- F. Substantia perforata antica lateralis. k. Tuber olfactorium.
- I. Nervus olfactorius. 1. Radix medullaris externa, 2. interna. 3. Substantia cinerea in basi corporis striati sita.
- II. Nervus opticus. 4. Tractus opticus. 5. Fibrae decussatae, 6. rectae, 7. arcuatae centrales, 8. arcuatae periphericae chiasmatis nervorum opticorum.
- III. Nervus oculomotorius, e tegumento pedunculi pluribus radicibus originem ducens.
- IV. Nervus trochlearis s. patheticus.
- VI. Nervus abducens, tribus radicibus, externa majore (10.), media (11.) et interna (9.) e strato pontis longitudinali profundo, quod tegumento pedunculi continuum est, exoriens.
- VIII. Nervus auditorius.
- XII. Nervus hypoglossus. 12. Radices tenues hujus nervi inter corpora olivaria et pyramidalia sitae.

### Figura tertia.

*Origo quarti, octavi, noni et decimi nervorum cerebri paris.*

- A. Colliculi nervi optici pars posterior. a. Corpus geniculatum internum.
- B. Corpora quadrigemina. b. Colliculi anteriores. c. Conarium. d. Colliculi posteriores. e. Frenulum veli medullaris anterioris (f.). g. Brachia anteriora, h. posteriora corporum quadrigeminorum. i. Laqueus.
- C. Processus medullares cerebelli: k. ad cerebrum, l. ad pontem, m. ad medullam oblongatam.
- D. Medulla oblongata. n. Funieuli graciles et o. cuneiformes, in sinistro latere pone nervum acusticum disseci et ablati. p. Funiculi laterales. q. Sinus rhomboidalis. r. Ligula calami scriptorii. s. Ala cinerea s. nucleus nervi vagi et glossopharyngei. t. Corpora teretia. u. Nuclei nervi facialis.
- IV. Nervus trochlearis. 1. Radices hujus nervi e summitate laqueorum pone corpora quadrigemina orientes.
- VIII. Nervus auditorius. 2. Striae medullares s. acusticae cum nervo acustico cohaerentes. 3. Stria medullaris nervo acustico non continua antrorum decurrens.
- IX. Nervus glossopharyngeus.
- X. Nervus pneumogastricus. 4. Radices nervi glossopharyngei et pneumogastrici inter funiculum cuneiformem et lateralem usque ad alam cinereum (nucleum nervi glossopharyngei et vagi) decurrunt.
- XI. Nervi accessorii Willisi radices cerebrales.
- XIII. Nervi cervicalis primi radix posterior.

### Figura quarta.

*Origo quinti et octavi nervorum cerebri paris.*

- A. Medullae oblongatae latus sinistrum. a. Corpora pyramidalia. b. Oliva. c. Corpus restiforme. d. Funiculus cuneatus e parte amotus est, ut decursus majoris quinti paris portionis pateat.
- B. Pons. e. Crus cerebelli.
- C. Pedunculus cerebelli ad pontem.
- D. Pedunculus cerebri. f. Laqueus. g. Crus cerebelli ad cerebrum.
- E. Corpora quadrigemina.
- IV. Nervus trochlearis s. patheticus.
- V. Nervus trigeminus. 1. Duae radices portionis minoris, quae per separatos pontis canaliculos decurrunt et e corpore terete sinus rhomboidalis oriuntur. 2. Portio major quinti paris. 3. Ejus decursus per canalem peculiarem pontis. 4. Origo hujus portionis e corpore restiformi medullae oblongatae.
- VII. Nervus facialis.
- VIII. Nervus auditorius, duabus radicibus, quae pedunculum cerebelli amplectuntur, originem ducens, radice posteriore e striis medullaribus et substantia cinerea sinus rhomboidalis, radice anteriore e nucleo cinereo corporis restiformis.
- IX. et X. Nervus glossopharyngeus et pneumogastricus.
- XI. Nervi accessorii radices cerebrales.
- XII. Nervus hypoglossus.

Figura quinta.

*Origo sexti, septimi et octavi nervorum cerebri paris.*

- A. Medullae oblongatae latus dextrum. a. Pedunculus cerebelli dexter.
- B. Pons. b. Stratum fibrarum transversale superficiale. c. Stratum fibrarum longitudinale superficiale. d. Stratum transversale profundum. e. Stratum longitudinale profundum.
- C. Pedunculus cerebri dexter. f. Pes pedunculi. g. Laqueus dexter. h. Crus cerebelli ad cerebrum.
- D. Corporum quadrigeminorum latus dextrum.
- E. Corpus mammillare dextrum et tuber cinereum.
- II. Tractus opticus dexter. 1. Brachium corporum quadrigeminorum posterius, nervo optico continuum.
- VI. Nervus abducens. 2. Radices hujus nervi ex strato pontis longitudinali superficiali et profundo orientes.
- VII. Nervus facialis. 3. Ejus radices ex nucleo in sinu rhomboidali (conf. fig. III. u.) originem ducentes.
- VIII. Nervus auditorius. 4. Radix anterior, 5. posterior.
- XII. Nervus hypoglossus.

Tabula secunda.

Situs et decursus nervorum cerebri intra cranium.

*Haec tabula primum decursum nervorum intra cranium et per foramina durae matris, deinde plexus nervorum arteriarum cerebri in basi cranii ostendit.*

Calvaria sectione horizontali a glabella usque ad protuberantiam occipitalem externam remota, cerebrum sine arteriis basis cranii et originibus nervorum exemtum, tentorium cerebelli excisum est, ut comparanda hac tabula cum prima origines et decursus nervorum intra cranium oculis perlustrari possint.

- A. Auriculae dextrae et sinistrae circuitus superior.
- B. Cutis cum panniculo adiposo.
- C. Musculus frontalis.
- D. Musculus temporalis.
- E. Musculus occipitalis.
  - a. Arteria frontalis. b. Arteria supraorbitaria.
  - c. Arteria temporalis anterior, d. posterior.
  - e. Arteria occipitalis.
- F. Os frontis. f. Crista frontalis. g. Sulcus frontalis.
- G. Ossium parietalium angulus sphenoidalis (h.), et occipitalis (i.).
- H. Ossium temporum squama.
- I. Ossis occipitis pars squamosa. k. Protuberantia occipitalis interna.
- K. Crista galli.
- L. Dura mater, foveam cranii anteriorem, juga cerebralia, impressiones digitatas (l.) et laminam cribrosam (m.) conveстиens.
  - n. Pars anterior processus falciformis majoris, cum sinu longitudinali superiori (o.).
- M. Fovea cranii media, dura matre inducta. p. Processus clinoides posteriores. q. Tuberculum ephippii. r. Processus clinoides anteriores. s. Hypophysis cum infundibulo. t. Diaphragma sellae turcicae. u. Sinus petrosus superior.
- N. Fovea cavitatis cranii posterior. v. Falx cerebelli s. processus falciformis minor. w. Confluens sinuum. x. Sinus transversi. y. Emissarium venae mastoideae. z. Ostium sinus transversi in bulbum venae jugularis internae.
- O. Foramen occipitale magnum.
- P. Medullae oblongatae portio inferior. α. Fissura mediana anterior, β. posterior. γ. Substantia cinerea centralis cum canale spinali. δ. Cornua cinerea anteriores, ε. posteriores. ζ. Funiculi anteriores, η. laterales, θ. posteriores.
- Q. Arteriae vertebrales. ι. Arteria medullae spinalis anterior. ξ. Arteria cerebelli inferior. λ. Arteria medullae spinalis posterior. μ. Arteria basilaris. ν. Rami ad pontem. ξ. Arteria cerebelli anterior. ο. Arteria auditiva interna. π. Arteria cerebelli superior. φ. Arteria cerebri posterior.
- R. Carotides. σ. Arteria communicans. τ. Arteria chorioidea. υ. Arteria cerebri media s. fossae Sylvii. φ. Arteria cerebri anterior s. corporis callosi. χ. Ramus communicans arteriarum corporis callosi.
- I. Nervus olfactorius.
- II. Nervus opticus.

- III. Nervus oculomotorius.
- IV. Nervus patheticus.
- V. Nervus trigeminus.
- VI. Nervus abducens.
- VII. Nervus facialis. 1. Portior major, 2. minor.
- VIII. Nervus auditorius.
- IX. Nervus glossopharyngeus.
- X. Nervus pneumogastricus.
- XI. Nervus accessorius. 3. Radices cerebrales, 4. spinales.
- XII. Nervus hypoglossus.

Plexus nervorum molium carotidum et arteriarum vertebralium e ganglio cervicali superiori et inferiori nec non thoracico supremo exoriuntur.

### Tabula tertia.

Decursus nervorum cerebri per foramina et canales cranii, per orbitam et fossam temporalem.

*Ad dextram Gasseri ganglion, nervi recurrentes primi, secundi et tertii rami nervi trigemini ac nervi orbitae superficiales patent. Ad sinistram decursus nervorum cerebri per foramina et canales cranii, nervi orbitae profundiores et nervi fossae temporalis conspicuntur.*

Calvaria remota, cerebrum cum arteriis vertebralibus et carotidibus exemum est. — Dextrorum dura mater cum tentorio cerebelli situm naturale ostendit, sinus transversus et petrosus superior incisi et aperti, lamina durae matris superior foveae cavitatis cranii mediae remota, tectum orbitae caelo sublatum, ut non solum plexus triangularis, ganglion semilunare, primus, secundus, tertius ramus nervi trigemini eorumque nervi recurrentes, sed etiam decursus nervi supraorbitalis, lacrimalis et trochlearis appareant. — Sinistrorum dura membrana, quae basin crani vestit, detracta, orbita, fossa temporalis, cavitas tympani, meatus auditorius internus et canalis Fallopii caelo effracti, nervus supraorbitalis, lacrimalis et trochlearis ablati, musculus levator palpebrae superioris et rectus oculi superior disseci et repositi sunt. Ad sinistram ergo patent decursus nervorum cerebri per foramina et canales cranii, deinde situs et decursus nervi optici, oculonasalis, rami superioris nervi oculomotorii et nervi abducens, tum origo et decursus nervi buccinatorii, nervorum temporalium profundorum, nervi maseterici et auricularis anterioris, denique conjunctiones nervi facialis et auditorii, decursus chordae tympani per cavum tympani ac situs nervi petrosi superficialis majoris et minoris in superiore ossis petrosi facie.

- A—F. et a—g. literae easdem partes significant, quas in tabula secunda.
- G. Ossis verticis margo inferior.
- H. Squama ossis temporum dextri.
- I. Squama ossis occipitis. h. Fossa cerebelli sinistra. i. Foramen occipitale magnum. k. Processus innominatus sinister.
- l. Processus jugularis sinister. m. Incisura jugularis. n. Canalis condyloideus posterior, o. anterior sinistri lateris.
- K. Pars petrosa ossis temporum sinistri. p. Fossa sigmoidea. q. Foramen mastoideum. r. Cellulae mastoideae. s. Canales semicirculares partim aperti partim dissecti. t. Meatus auditorius internus. u. Cavum tympani. v. Caput mallei. w. Incus.
- x. Foramen lacerum posterius. y. Apex ossis petrosi. z. Ligamentum petroso-sphenoidale.
- L. Os sphenoidale.  $\alpha$ . Clivus.  $\beta$ . Processus clinoideus posterior.  $\gamma$ . Tuberculum sellae turcicae.  $\delta$ . Ala sphenoidalis magna sinistri lateris, e parte caelo ablata.  $\varepsilon$ . Foramen spinosum,  $\zeta$  ovale,  $\eta$  rotundum.  $\vartheta$ . Alae sphenoidalis parvae dextrae lateris radices.  $\iota$ . Fissura sphenoidalis s. orbitalis superior.  $\omega$ . Foramen opticum inter radices alae sphenoidalis parvae.
- M. Ossis ethmoidalis lamina horizontalis s. cribrosa.  $\lambda$ . Foramen ethmoidale anterius.
- N. Musculi temporalis facies interna.
- O. Musculi pterygoidei externi facies superior.
- P. Processus condyloideus maxillae inferioris.
- Q. Dura mater.  $\mu$ . Pars anterior falcis cerebri et sinus longitudinalis superioris.  $\nu$ . Rima durae matris pro decursu trunci nervi trigemini.  $\xi$ . Pars posterior falcis cerebri.  $\circ$ . Sinus transversus dexter.  $\pi$ . Sinus petrosus superior.  $\varrho$ . Dura membrana, foveam cavitatis cranii posteriorem vestiens.
- R. Medullae oblongatae ima pars.
- S. Arteria vertebralis. Ad sinistram ejus decursus sub parte ossis occipitis condyloidea, ad dextram decursus per duram membranam uno in conspectu cerni possunt.
- T. Carotis interna.  $\sigma$ . Flexura secunda,  $\tau$ . tertia,  $v$ . quarta internae carotidis sinistrae.

- U. Arteria spinosa, ad sinistram prope foramen spinosum transverse persecta.  $\varphi$ . Ramus anterior,  $\chi$  posterior arteriae spinosae, quae praeterea ramulum petrosum in anteriorem ossis petrosi partem dimitit.
- V. Arteria temporalis profunda posterior ex arteria maxillari interna exoriens.
- W. Arteria ophthalmica.  $\psi$ . Arteria lacrimalis.  $\omega$ . Ramuli musculares. aa. Arteriae ciliares. bb. Arteria supraorbitalis. cc. Arteria ethmoidalis. dd. Truncus arteriae ophthalmicae, decursum suum ad canthum internum pergens.
- X. Hypophysis cum parte infundibuli inferiore.
- Y. Bulbus oculi.
- Z. Musculus rectus oculi externus, AA. rectus oculi internus, BB. obliquus oculi superior, CC. levator palpebrae superioris, DD. rectus oculi superior.
- I. Nervus olfactorius. 1. Tractus olfactorius et 2. bulbus olfactorius sinistri lateris. 3. Fila olfactoria nervi dextri, vaginis durae matris induita, per foramina cribrosa cavum nasi intrantia.
- II. Nervus opticus. 4. Vagina hujus nervi. Ad sinistram decursus nervi optici usque ad bulbum oculi conspicitur.
- III. Nervus oculomotorius. 5. Ramus superior ad muscolum rectum oculi superiore et levatorem palpebrae superioris vergens. 6. Ramus inferior.
- IV. Nervus trochlearis dexter. 7. Ramus communicans primi quinti paris rami cum nervo trochleari. Hoc filum in vagina hujus nervi decurrit et paulo post ad ramum nervi supratrochlearis internum transit. 8. Distributio nervi trochlearis in muscolum obliquum superiore.
- V. Truncus et plexus triangularis nervi trigemini. 9. Ganglion semilunare quinti paris. 10. Gangliolum accessorium, nonnunquam in plexu triangulari prope marginem semilunarem ganglii Gasseri extans.
11. Ramus primus nervi trigemini. 12. Nervulus recurrens s. tentorii, qui secundum circave nervum trochleare decurrit et in duos surculos (13.) sinum transversum petentes dividitur. 14. Nervus lacrimalis. 15. Nervus supraorbitalis. 16. Nervus frontalis. 17. Nervus supratrochlearis. 18. Duo fila, quae ad nervum supratrochleare pertinent. 19. Nervus oculo-nasalis s. naso-ciliaris. 20. Radix longa ganglii ophthalmici. 21. Nervuli ciliares longi. 21\*. Nervuli ciliares breves e ganglio ophthalmico orientes. 22. Nervus ethmoidalis. 23. Nervus infratrochlearis.
24. Ramus secundus nervi trigemini. 25. Nervus recurrens secundi rami quinti paris.\* 25\*. Ejus conjunctio cum nervo recurrente tertii quinti paris rami.
26. Ramus tertius nervi trigemini. Ejus decursus per foramen ovale ad sinistram conspicitur. 27. Nervus recurrens tertii rami quinti paris, qui intra cranium secundum marginem posteriorem arteriae spinosae decurrit, cum nervo recurrente secundi quinti paris rami se conjungit (25\*), ramulum petrosum minorem (27\*), arteriolam petrosam anteriorem comitantem, in anteriorem ossis petrosi partem mittit, et cum posteriore arteriae spinosae ramo aut cum peculiari hujus arteriae ramo petroso posteriore posteriore ossis petrosi partem petit. Origo hujus nervi recurrentis secunda tabulae tertiae figura exponitur. 28. Radix superior nervi auriculo-temporalis. 29. Nervus masetericus. 30. Nervus temporalis profundus posterior. 31. Nervus pterygoideus externus. 32. Nervus buccinatorius. 33. Nervus temporalis profundus anterior.
- VI. Nervus abducens. Ad sinistram decursus hujus nervi in facie externa carotidis cerebralis et per fissuram orbitalem superiore (34.) conspicitur. 35. Distributio nervi abducentis in muscolum rectum oculi externum.
- VII. Nervus facialis. 36. Portior major, et 37. minor nervi facialis. 38. Ramus communicans nervi facialis cum auditorio internum, 39. externus. 40. Ganglion geniculum. 41. Nervus petrosus superficialis major. 42. Chorda tympani.
- VIII. Nervus auditorius.
- IX. Nervus glossopharyngeus. 43. Nervus petrosus superficialis minor.
- X. Nervus pneumogastricus. 44. Ganglion jugulare s. superius nervi vagi.
- XI. Nervus accessorius.
- XII. Nervus hypoglossus.

\*) Nervulus recurrens secundi quinti paris rami, qui quartam decimam lineae Parisiensis partem complet, compluribus radicibus tenerimis intra cranium e secundo nervi trigemini ramo originem dicit, ad truncum vel anteriorem arteriae spinosae ramum incedit, conjunctionem cum nervo recurrente tertii quinti paris rami init, secundum marginem internum vel externum anterioris arteriae spinosae rami decurrit et in magnam ossis sphenoidalis alam subgreditur. Hunc nervum recurrentem octo abhinc annos primum observavi. Origo et decursus hujus nervi in dura matre acido acetico diluto ad breve tempus pertractata facile cerni possunt.

### Tabula quarta.

Decursus nervorum cerebri, cervicis, carotidis et arteriae vertebralis intra et extra cranium atque canalem medullarem intrinsecus et partim a tergo explicatorum.

#### Figura prima.

*Distributio nervorum septi narium, decursus nervorum cerebri posteriorum et cervicis superiorum, dispositio ganglii cervicalis superioris et plexum nervorum mollium arteriarum capitis hac figura illustrantur.*

E dextra capitis sectione perpendiculari divisi dimidia parte medulla spinalis et oblongata, cerebellum et cerebrum sunt exenta; calvaria, corpora vertebrarum cervicis cum musculis rectis capitis anticis et majore et minore ac musculo longo colli, pars basilaris ossis occipitis, corporis ossis sphenoidalis pars posterior serra, forcipe et caelo ablata, canalis vertebralis et caroticus, foramen condyloideum et jugulare aperia, septum narium osseum et cartilagineum remota, membrana mucosa pharyngis et palati atque musculus genioglossus tum ex toto tum ex parte resecti sunt. — Ergo conspiciuntur primum canalis pro medulla spinali dura membrana vestitus, vasa vertebralia et radices nervorum cervicalium, iterum fovea cranii posterior cum nervo recurrente nervi vagi, nervus hypoglossus, accessorius, vagus et glossopharyngeus intra cranium et extra nec non ganglion cervicale superius, tertium cavum pharyngis et laryngis, septum narium, palatum durum et molle ac lingua cum nervis hue pertinentibus, quartum inter vertebrales et pharyngem carotis primitiva, externa et interna atque plexus nervorum mollium carotidis et arteriae vertebralis.

- A.—G. Vertebra colli prima usque ad septimam. a. Arcus vertebrarum serra per medium divisus. b. Apex processum spinosorum sinister. c. Radix processum transversorum posterior.
- H. Os occipitis. d. Pars condyloidea sinistra. e. Canalis condyloideus anterior apertus. f. Squama ossis occipitis. g. Pro-tuberantia occipitalis externa, h. interna. i. Foramen occipitale magnum. k. Fovea cranii posterior, dura membrana vestita.
- I. Ossis verticis portio inferior.
- K. Os temporum. l. Pars petrosa. m. Canalis caroticus apertus. n. Porus acusticus internus. o. Squama ossis temporum dura membrana obducta.
- L. Os sphenoidale. p. Ejus corpus magna e parte caelo ablatum. q. Sinus sphenoidal. r. Ala parva, s. magna dura membrana obtectae. t. Fovea cranii media. u. Foramen opticum.
- M. Os frontis. v. Partis frontalis segmentum inferius. w. Sinus frontalis. x. Pars orbitalis, dura membrana vestita. y. Im-pressiones digitate et juga cerebralia. z. Fovea cranii anterior.
- N. Ossis ethmoidalis lamina cribrosa. α. Crista galli per medium serra divisa.
- O. Os nasale.
- P. Ossis maxillaris superioris processus palatinus. β. Canalis incisivus.
- Q. Ossis palatini pars horizontalis. γ. Foramen palatinum majus.
- R. Maxillae inferioris pars mentalis per medium secta. δ. Spina mentalis interna.
- S. Dentes incisivi. T. Dens caninus sinister superior.
- U. Os hyoideum. ε. Corpus. ξ. Cornu majus. η. Ligamentum hyothyreoideum laterale.
- V. Musculus cucullaris, W. splenius capitis, X. biventer cervicis, Y. semispinalis cervicis. Z. Musculi interspinales. A. Mus-culus rectus capitis posticus major, B. minor.
- F. Musculus orbicularis oris.
- D. Musculus genioglossus bona e parte ablatus, ut distributio nervi lingualis et hypoglossi, decursus arteriae raninae et sub-lingualis ac situs glandulae lingualis et ductus Whartoniani cerni possint. φ. Stratum internum et τ. externum fibrarum musculi genioglossi. E. Musculus longitudinalis linguae superior, ζ. inferior lateralis, H. geniohyoideus, θ. mylohyoideus.
- I. Musculi digastrici maxillae inferioris venter anterior.
- K. Musculus levator veli palatini, Α. constrictor pharyngis superior, M. medius, N. inferior. Σ. Fibrae oesophagi longitudinales.
- O. Trachea. ς. Cartilagine tracheae.
- H. Larynx. λ. Cartilago cricoidea, μ. thyroidea. ν. Epiglottis. ξ. Ventriculus Morgagni. ο. Musculus arytaenoideus transversus.
- P. Glandulae thyreoideae isthmus.
- Σ. Ductus Whartonianus. T. Glandula sublingualis.
- T. Lingua. π. Papillae circumvallatae, ρ. capitatae. σ. Radix linguae.
- Φ. Palatum. τ. Velum palatinum. υ. Membrana mucosa palati duri. φ. Papilla incisiva.

- x. Pharyngis fornix. z. Tubae Eustachianae ostium pharyngeum. ψ. Glandulae mucosae fornicis pharyngis. ω. Prominentia tubae Eustachianae.
- φ. Choana sinistra. ο. Sepli narium pars membranacea.
- AA. Dura mater cerebri. aa. Falcis cerebri pars anterior, bb. posterior. cc. Tentorium cerebelli. dd. Sinus longitudinalis extremitas posterior. ee. Sinus tentorii. ff. Sinus transversi pars sigmoidea.
- BB. Dura mater medullae spinalis.
- CC. Arteria vertebralis. gg. Flexura prima, hh. secunda, ii. tertia arteriae vertebralis.
- DD. Arteria thyreoidea inferior.
- EE. Carotis primitiva.
- FF. Carotis externa s. facialis.
- GG. Arteria thyreoidea superior.
- HH. Arteria lingualis. kk. Arteria sublingualis. ll. Arteriae raninae extremitas anterior.
- II. Arteria facialis.
- KK. Arteria pharyngea ascendens. mm. Ramus pharyngeus, nn. basilaris.
- (LL.) Arteria maxillaris interna. oo. Arteriae septi narium. pp. Arteria palatina descendens.
- MM. Carotis interna. qq. Flexura Cowperi, quae nonnunquam invenitur. rr. Flexura prima, ss. secunda, tt. tertia, uu. quarta, vv. Arteria communicans cerebri. ww. Arteria chorioidea. xx. Arteria cerebri media s. fossae Sylvii. yy. Arteria cerebri anterior s. corporis callosi. zz. Arteriae ophthalmicae ramus ethmoidalis, cum ramis arteriae septi narium ex arteria maxillari interna orientis conjunctiones iniens.
- NN. Truncus venae vertebralis, qui partem cervicalem sinus columnae vertebralis (OO) inter vertebram cervicis quintam et sextam recipit. PP. Vena vertebralis per canalem vertebralem secundum arteriam vertebralem decurrens et cum sinu vertebrali crebris ramis transversis conjuncta.
- QQ. Venae thyreoideae superioris et inferioris anastomosis.
- I. Nervus olfactorius. 1. Fila olfactoria septi narium, quae vaginis fibrosis continentur.
- II. Nervus opticus.
- III. Nervus olfactorius.
- IV. Nervus trochlearis.
- V. Nervus trigeminus.
- Ramus primus. 2. Nervi ethmoidalis ramus septi narium.
- Ramus secundus. 3. Nervi septi narium e nervo pterygopalatino egredientes. 4. Ramus ad papillam palatinam per canalem incisivum decurrens s. nasopalatinus Scarpa. 5. Nervi pharyngei s. nasales superiores posteriores Meckelii.
- Ramus tertius. 6. Nervus lingualis. 7. Rami linguales.
- VI. Nervus abducens.
- VII. Nervus facialis.
- VIII. Nervus auditorius.
- IX. Nervus glossopharyngeus. 8. Ganglion jugulare s. petrosum. 9. Conjunctio cum ramo jugulari ganglii cervicalis superiores. 10. Ramus se conjungens cum nervo pharyngeo superiore nervi vagi. 11. Rami pharyngei. 12. Ramus lingualis. 13. Surculi ad papillas circumvallatas decurrentes. 14. Surculi per membranam mucosam inter papillas circumvallatas et epiglottidem se extendentes.
- X. Nervus pneumogastricus. 15. Ganglion jugulare s. superius. 16. Con junctio cum ramo jugulari ganglii cervicalis superiores. 17. Nervus recurrens nervi vagi<sup>\*)</sup>. 18. Ejus surculus minor ad sinum occipitalem, 19. surculus major ad partem sigmoideam sinus transversi se vergens. 20. Nervus pharyngeus superior. 21. Ganglion inferius nervi vagi. 22. Nervus pharyngeus inferior inter carotidem internam et externam ad pharyngem procedens. 23. Nervus laryngeus superior. 24. Ramus externus. 25. Ejus conjunctiones cum nervo sympathico. 26. Ramus internus nervi laryngei superioris. 27. Fila rami interni ad membranam mucosam epiglottidis et laryngis pertinentia. 28. Con junctio cum nervo laryngeo inferiore. 29. Truncus

\*) Hic nerveus recurrens decimam lineam Parisiensis partem efficit, intra foramen lacerum e trunco nervi vagi prope marginem ganglii jugularis anteriorem exoritur, in vaginæ fibrosae nervi vagi parte externa intra foramen lacerum retrorsum cedit, marginem posteriorem sulci jugularis ossis occipitis attingit et in duos surculos dividitur, quorum minor sinum occipitalem, major inferiorem sinus transversi partem petit. Surculus major arteriae meningea posticae in margine fossae sigmoideae posteriore decurrenti se adjungit et fila ad tunicam sinus transversi internam mittit. — Surculum arteriam comitantem primum perspexi perspectumque microscopio auxiliante iterum iterumque intuitus sum; tum demum post multos irritos connatus et labores originem et decursum hujus nervi in neonati et adulti capite inveni et scalpelio simplici microscopio auxiliante usque ad sinum occipitalem et sinus transversi partem sigmoideam persequutus sum. — Nervus recurrens nervi vagi illis nervulis, qui e primo, secundo et tertio ramo quinti paris in cranium recurrent, par est. Originem et decursum hujus nervi scalpellis operuere multum difficultatis habet, quia dura membrana admodum densa et ganglio jugulari nervi vagi adstricta est; surculus arteriam comitantem facilius expediri potest.

- cervicalis nervi vagi. 30. Nervus laryngeus inferior. 31. Ejus conjunctio cum nervo sympathico. 32. Ramus oesophageus. 33. Rami tracheales. 34. Ramus laryngeus.
- XI. Nervus accessorius. 35. Ramus internus, 36. externus nervi accessorii.
- XII. Nervus hypoglossus. 37. Ejus conjunctio cum nervo cervicali primo et ganglio cervicali superiori. XII\*. Rami nervi hypoglossi ad musculum genioglossum et geniohyoideum pertinentes.
- XIII—XIX. Nervi cervicales septem superiores. 38. Radices anteriores, 39. posteriores. 40. Ganglia intervertebralia nervorum cervicalium. 41. Rami anteriores nervi cervicalis primi, secundi, tertii et quarti. 42. Rami anastomotici horum nervorum, plexum cervicale constituentes. 43. Nervi phrenici radix principalis ex anteriore nervi cervicalis quarti ramo prodiens.
- XX. Ganglion cervicale superius. 44. Nervus caroticus. 45. Ejus ramus internus inferior. 46. Plexus caroticus. 47. Plexus cavernosus, e quo surculi ad nervum abducentem (48.), ad ramum ophthalmicum quinti paris (49.) et ad arterias cerebrales atque arteriam ophthalmicam (50.) emittuntur. 51. Nervus jugularis, cum nervo glossopharyngeo et vago conjunctio-nes intiens. 52. Nervulus se adjungens nervo hypoglosso et nervo cervicali primo. 53. Truncus anastomoticus cum plexu cervicali. 54. Conjunctio ganglii cervicalis superioris cum ganglio nervi vagi inferiore. 55. Truncus nervorum mollium s. vasorum carotidis externae, qui saepe duplex vel triplex invenitur. 56. Portio trunci superior, e qua fila ad carotidis ex-ternae trunca (57.) et ad plexum caroticum retiformem (58.) pertinentia oriuntur. 59. Portio trunci inferior, quae nervos molles ad arteriam facialem (60.), lingualem (61.) et thyroideam (62.) ablegit. 63. Surculus ad ganglion intercaroticum abiens (64.), quod fila tenerrima (65.) in carotidem primitivam dispergit. 66. Filum ad ramum externum nervi laryngei superioris, 67. ad nervum phrenicum pertinens. 68. Nervus cardiacus superficialis, compluribus cum radicibus e trunco nervi sympathici cervicali exoriens. 69. Ejus conjunctio cum nervo laryngeo inferiore. 70. Nervus cardiacus medius, cum cardiaco superiore se jungens.
- XXI. Ganglii thoracici supremi portio superior. 71. Nervi molles arteriae vertebralis. 72. Plexus nervorum mollium arteriae vertebralis. 73. Plexus nervorum mollium arteriae thyroideae inferioris.

### Figura secunda.

*Haec imago nervos laterales narium et palatinos, nervum trigeminum, ganglion nasale et oticum, nervum facialem intra canalem Fallopii ab interna facie ostendit.*

Calvaria ac posterius capitinis segmentum serra remota, colli partes itidem ablatae, os petrosum et sphenoidale caeli ictu maxima e parte decussa, canalis Fallopii et cavum tympani aperta, carotis interna et canalis caroticus prorsus sublati, tubae Eustachianae pars cartilaginea, musculus levator veli palatini et pharyngis fornix demti, septum narium et palati ossei pars posterior resecta, fossa pterygopalatina et canales pterygopalatini patefacti sunt, membrana mucosa narium partim detracta partim incisa est. — Itaque conspiciuntur meatus auditorius internus, canalis Fallopii, tuba Eustachiana ossea et membrana tympani cum ossiculis auditus eorumque musculis, decursus nervi facialis per os petrosum, facies interna trunci, ganglii, primi, secundi et tertii rami quinti paris, ganglion oticum et nasale, nervi palatini, denique paries narium lateralis et distributio nervorum quinti et primi paris in membranam mucosam hujus parietis.

- A. Ossis temporum pars petrosa. a. Meatus auditorius internus ab imo, et b. canalis Fallopii intus aperti. c. Margo superior, d. facies interna ossis petrosi.
- B. Os sphenoidale. e. Foramen spinosum, f. ovale, et g. rotundum intrinsecus aperta. h. Processus pterygoidei lamina in- terna caelo partim ablata. i. Hamulus pterygoideus. k. Alae parvae extremitas interna. l. Foramen opticum.
- C. Ossis frontis pars frontalis ima. m. Sinus frontalis.
- D. Os ethmoidale. n. Sinus ethmoidalis posterior. o. Lamina cribrosa. p. Foramen ethmoidale anterius. q. Labyrinthus narium sinister.
- E. Os nasi sinistrum.
- F. Maxillae superioris processus palatinus.
- G. Maxillae inferioris ramus ascendens. r. Angulus maxillae inferioris.
- H. Musculus tensor veli palatini ad anteriora versus.
- I. Musculus pterygoideus internus.
- K. Musculus tensor tympani, L. stapedius.
- M. Carotidis externae trunci extremitas superior.
- N. Arteria temporalis.
- O. Arteria maxillaris interna. s. Arteria alveolaris inferior. t. Arteria meningea media. u. Arteria palatina descendens. v. Arteria nasalis dissecta.
- P. Arteria auricularis posterior.

- Q. Dura mater, faciem superiorem ossis petrosi, nervi trigemini, trochlearis et oculomotorii obducens.  
 R. Membranae tympani facies interna atque ossicula auditus. w. Caput, x. collum et y. manubrium mallei. z. Incus. a. Stapes.  
 S. Cavi narum paries lateralis. β. Concha superior, γ. media, δ. inferior. ε. Meatus narum superior, ζ. medius, η. inferior.  
 θ. Cartilago lateralis, ι. alaris narum. κ. Membrana mucosa, quae concham superiorem et partem conchae mediae summam  
 obducit, detracta est, ut decursus flororum olfactoriorum primi paris per canales concharum ethmoidalium cerni possit.  
 λ. Membrana mucosa inferioris et anterioris narum regionis secundum decursum nervorum nasalium quinti paris incisa est.  
 μ. Membrana mucosa parietis narum inferioris. ν. Glandulae mucosae.  
 T. Membrana mucosa palati duri et mollis.  
 U. Lingua. §. Papillae linguae. o. Glandulae radicis linguae.  
 V. Glandula parotis.  
 (I.) Nervus olfactorius. 1. Fila olfactoria lateralia narum, quae vaginis fibrosis induita per canaliculos conchae superioris et  
 mediae decurrunt, plexum retiformem constituant et surculos tenerimos ad membranam mucosam mittunt.  
 II. Nervus opticus.  
 III. Nervus oculomotorius.  
 IV. Nervus trochlearis.  
 V. Nervus trigeminus. 2. Truncus quinti paris. 3. Portio minor, et 4. major. 5. Ganglion Gasseri.  
 6. Ramus primus s. ophthalmicus quinti paris. 7. Nervus ethmoidalis. 8. Ramus septi narum abscissus (conf. fig. I. 2),  
 9. Ramus lateralis narum. 10. Ramus externus narum (vid. tab. VIII. 7.)  
 11. Ramus secundus s. maxillaris superior quinti paris. 12. Nervus pterygo-s. nasopalatinus. 13. Nervi palatini minores.  
 14. Nervus palatinus major. 15. Nervus nasalis superior, 16. inferior. 17. Ganglion nasale. 18. Nervus Vidianus profun-  
 dus s. radix sympathica ganglii nasalis. 19. Nervus Vidianus superficialis s. radix motoria ganglii nasalis. 20. Annexus  
 ganglii nasalis ad truncum nervi pterygo-palatini. 21. Fila orbitalia, et 22. filum nasale ganglii nasalis.  
 23. Ramus tertius s. maxillaris inferior quinti paris. 24. Nervulus recurrens ganglion oticum perforans et arteriam meningeam  
 medianam intra cranium comitans (vid. tab. III. 27.). 25. Nervus auriculo-temporalis, qui duabus radicibus arteriam meningeam  
 medianam amplexitur. 26. Nervus alveolaris inferior. 27. Nervus lingualis. 28. Coniunctio hujus nervi cum chorda tym-  
 panii. 29. Nervus pterygoideus internus. 30. Nervulus ad musculum tensorem veli palatini, et 31. nervulus ad musculum  
 tensorem tympani, e nervo pterygoideo originem ducentes et ganglion oticum perforantes. 32. Ganglion oticum. 33. Nervus  
 petrosus superficialis minor e nervo tympanico oriens s. radix longa ganglii otici. 34. Radix mollis s. sympathica  
 ganglii otici. 35. Nervulus ad tensorem tympani e ganglio otico egrediens. 36. Nervulus ad nervum auriculo-temporalem  
 procedens.  
 VI. Nervus abducens.  
 VII. Nervus facialis. 37. Genu nervi facialis. 38. Nervus petrosus superficialis major. 39. Coniunctio cum nervo petroso  
 superficiali minori e nervo tympanico oriente. 40. Nervulus ad musculum stapedium abiens. 41. Chorda tympani.

### Figura tertia.

*Decursus nervi facialis, glossopharyngei, pneumogastrici, accessorii ac hypoglossi intra ossa cranii et rami auri-  
cularis nervi vagi per os petrosum in dextro capitis latere hac icona a tergo in conspectu ponuntur.*

Dextri capitis dimidii pars occipitalis serra transverse est ablata, canalis condyloideus, foramen lacerum, canalis Fallopii et  
canaliculus mastoideus a tergo caelo sunt aperta. — Exinde patent decursus nervi hypoglossi, accessorii, vagi et glossopharyngei  
per foramina et canales cranii, ganglia jugularia vagi et glossopharyngei atque ramus auricularis nervi vagi ejusque conjunctiones  
cum nervo faciali.

- A. Os occipitis. a. Pars basilaris. b. Pars condyloidea. c. Canalis condyloideus anterior.  
 B. Ossis sphenoidalis corpus, dura membrana obducum.  
 C. Ossis temporum pars petrosa. d. Margo internus superior. e. Facies interna. f. Porus acusticus internus. g. Cavitas  
 tympani, h. cellulae mastoideae, i. posterior canalis Fallopii pars a tergo apertae. k. Canalis pro chorda tympani. l. Ca-  
 naliculus mastoideus. m. Processus mastoideus, n. styloideus. o. Foramen stylomastoideum. p. Capitis mallei pars su-  
 prema. q. Corpus et r. processus brevis incudis.  
 D. Auriculae facies posterior.  
 E. Cutis cum panniculo adiposo.  
 F. Musculus sternocleido-mastoideus perpendiculariter dissecutus.  
 G. Musculi digastrici venter posterior itidem divisus.  
 H. Fornicis pharyngis paries posterior. s. Glandulae mucosae acinosae pharyngis. t. Musculus constrictor pharyngis superior.

- I. Carotis interna.  
 K. Vena jugularis interna, cuius suprema portio abscissa est, ut decursus rami auricularis nervi vagi conspiciatur.  
 L. Arteria occipitalis et M. auricularis posterior.
- VII. Nervus facialis. 1. Chorda tympani. 2. Nervus auricularis posterior. 3. Nervuli ad posteriorem musculi digastrici ventrem progredientes.
- VIII. Nervus auditorius.
- IX. Nervus glossopharyngeus. 4. Ganglion jugulare s. petrosum. 5. Surculus ad ramum auricularem nervi vagi se jungens.  
 6. Rami pharyngei nervi glossopharyngei.
- X. Nervus pneumogastricus. 7. Ganglion jugulare s. superius. 8. Nervus recurrens nervi vagi abscissus. 9. Nervus auricularis nervi vagi. 10. Ejus conjunctiones cum nervo faciali intra canalem Fallopii. 11. Conjunctione cum nervo auriculari posteriori. 12. Ramuli auriculares. 13. Ganglion inferius s. plexus ganglioformis nervi vagi.
- XI. Nervus accessorius. 14. Ramus internus, 15. externus.
- XII. Nervus hypoglossus.
- XIII. Nervus caroticus et summa ganglia cervicalis superioris portio.

### Tabula quinta.

Decursus nervorum cerebri, cervicis, carotidis internae et arteriae vertebralis tum intra tum extra cranium et canalem medullarem extrinsecus expositorum.

Hac tabula illustrantur in latere dextro et externo capitis primum origines nervorum cervicis et nervorum cerebri excepto pare primo et sexto, deinde decursus nervorum cervicis inter vertebrae cervicales, ganglia intervertebralia, divisio in ramos anteriores et posteriores, conjunctiones illorum inter se et cum ganglio cervicali superiori, tum decursus et partim distributio tertii, quarti, quinti, noni, decimi, undecimi et duodecimi nervorum cerebri pars extra cranium, porro rationes ganglii ophthalmici et nasalis, denique plexus nervorum mollium arteriae vertebralis et carotidis cerebralis.

Ad has partes emergendas processus spinosi vertebrarum colli cum musculis et cute cervicis, os occipitis ac frontis, ossa parietalia cum integumentis serra divisa atque una cum musculis colli superficialibus, glandula thyreoidea, musculis et vasis faciei temporumque ac glandulis salivalibus scalpello sublata, arcus vertebrarum cum processibus obliquis, pars ossis occipitis condyloidea, pars squamosa et mastoidea ossis temporum, ala ossis sphenoidalis magna et parva, os zygomaticum caelo remota sunt, maxilla inferior pone dentem caninum dextri lateris excisa est, foramina intervertebralia, canalis vertebralis, foramen condyloideum et jugulare, meatus auditorius internus, canalis caroticus, tuba Eustachiana, fossa pterygo-palatina, canalis Vidianus, antrum Highmori, cavum oris aperla, cerebelli pars dextra atque hemisphaerium cerebri dextrum cum corpore striato demta, medulla spinalis et oblongata, pons Varoli, crus cerebri, colliculus nervi optici dexter et corpora quadrigemina integra relicta sunt.

